

I. N. D. N. J. C. A.
DISPUTATIONIS INAUGVRALIS
THESES THEOLOGICÆ,

πρώτῳ καὶ μεγίστῳ τῆς Θεολογίας τόπῳ,

DE

DEO
VNO ET TRINO,
ORACULIS ROMANO-PAVLINIS
superstructæ,

atq;

SUB DEI TRIVNIUS PRÆSIDIO,
IN
INCLVTA ILLVSTRISSIMÆ NORIMBERGEN-
SIUM REIPVBL. QUÆ ALTDORFII EST,
VNIVERSITATE,

Ex Auctoritate

SUMME REVERENDÆ
FACVLTATIS THEOLOGICÆ,
PRO LICENTIA

BRABEVMI impetrandi DOCTORALE,

d. xxxi. Octobr. A. O. R. c1313c11c.

Solenni Θεολογικῶν Συζητήσεσιν submissæ

à

M. JOHANNES SAVERBREY,

Gymnasia CASIMIRO-ALBERTINI Directore.
& Prof. Publ. Ord.

in a Literis IODOCII GVILIELMI KOHLESII, 1700.

Coll. diss. A
215, 10

D. H. A. 215 (10)

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
ALBERTO III.

DVCI
SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ,
MONTIVM, ANGRIÆ AC WEST-
PHALIÆ,

COMITI PROVINCIALI
THVRINGIÆ,
MARCHIONI
MISNIÆ,

COMITI PALATINO
SAXONIÆ ATQVE THV-
RINGIÆ,


PRINCIPI
COMITATVS HENNBERGICI,





COMITI
MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,
DYNASTÆ
RAVENSTEINI, ETC.
SACRÆ CÆSAREÆ
MAJESTATIS
SUPREMO CAMPI-MARESCHAL-
LI LEGATO, ET CHILIARCHÆ
FORTISSIMO,
SERENISSIMÆ AC POTENTIS-
SIMÆ DOMVS SAXONICÆ
SENIORI,
IN EAQVE LINEÆ ERNESTINÆ
VTRIVSQVE
DIRECTORI,
DOMINO AC NVTRITIO MEO
CLEMENTISSIMO
Vitam, Felicitatem, Benedictionem
A SACRO-SANCTA TRIADE
humilimè devotèq; precor!

* * *

SERENISSIME
PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME!



eptem, quæ DEI TRI-
VNIVS gratia est, effluxere
lustra, ex quo tempore Sere-
nissimæ ac Potentissimæ Do-
mûs Saxonicae Munificentia
frui mihi licuit, ac etiam-
num fruor. Ipse namque Beatissimus Heros,
DN.



DN. FRIDERICVS WILHELMVS Senior,
in Illuſtri Saxo-Coburgeniſi Gymnaſio ultra tri-
ennium menſâ gratuitâ, & in alma Lipſienſium
Univerſitate in ſextam uſque hyemem Stipen-
dio Ducali me aluit liberaliſſimè. Inde Acade-
miâ reducem inter Cœlites jam agentes Duces,
DN. FRIDERICVS WILHELMVS Junior,
ſub Electorali ac Ducali Tutela, ac poſtea DN.
MAVRITIVS, Episcopatus Naumburgeniſis
Poſtulatus Adminiſtrator, ad geminam in Illu-
ſtri Hennebergeniſium, quod Schleuſingæ flo-
ret, Gymnaſio, Collegæ ſcil. Tertii ac deinde
Conrectoris ſpartam adornandam me vocârunt,
in eoqve per integrum luſtrum ſuſtentârunt
clementiſſimè. Exactô hõc tempore Sereniſ-
ſimus olim ac dudum Beatiffimus Dux, DN.
FRIDERICVS, ſuo ac Sereniſſimorum Saxo-
niæ Ducum Fratrum, Tuo quippe, Sereniſſi-
me Dux ALBERTE, DN. itidem BERN-
HARDI, DN. HEINRICI, DN. CHRIS-
TIANI, DN. ERNEſTI ac DN. JO-
HANNIS ERNEſTI, (in quorum omnium
FRIDERICIANVM A. clb lbc LXXVIII.



) 3

d. xy.





d. xv. Julii, hinc Coburgi celebrantium Nata-
lem præsentia augustissima ipse de Cathedra
Gymnastica verba feci publice,) nomine ad
professionem Lingvæ Græcæ in Gymnasio Co-
burgensi extraordinariam, atque Scholæ Clas-
sicæ quæ Coburgi est, Rectoratum me voca-
vit, ac vocatum confirmavit, atque hoc ipso
per Amplissimi Senatûs Coburgensis manûs ne-
cessaria vitæ *Spemneria* in sextum usque annum
suppeditavit munificentissime. Munificentiam
hanc Ducalem demum SERENITAS TVA
auxit insigniter, dum SUPREMI NUMINIS
Tuaque, PRINCEPS ac DONINE CLE-
MENTISSIME, Gratiâ biennium in professio-
ne Eloquentiæ, Historiarum ac Poëseos ordi-
naria: octennium in Ministerio Coburgensium
Ecclesiastico: ac jam fermè quinquennium in
Illustri CASIMIRO - ALBERTINI Directo-
ratu, nec uon SS. Theologiæ Philologiæ S.
Græcæ ac Poëticiæ professione itidem ordinaria,
exegi. Eccui igitur post DEVM pro ingenti-
bus hisce Beneficiis me submississima animi hu-
militate magis obstrictum putem, quàm prædi-
ctis

ctis





Etis Saxonix Ducibus, inqve iisdem TVÆ in-
primis SERENITATI, Totius Saxonix
Rutæ Senior ac; Deus fulgidissimum ? à quo
tanquam ex inexhausto Clementix fonte præ-
ter commemorata, longè plura nec minora in
meam tenuitatem derivata sunt beneficia,
Quæ tamen cum Horatio iuvidiam placaturus
reticere malo, quam infantiam meam eadem, Ter-
tulliani voce si uti licet, *depretiare*. Quod si
autem DEVS *cujus fides*, uti Hieronymus lo-
qui amat, *nunquam malè ambulavit*, frigidio-
ris aquæ haustum largè se compensaturum pro-
misit, quantò magis majora illa SERENITA-
TIS TVÆ beneficia mihi quoque Mensæ Du-
cali sæpius assidere jussu præstita *πανάγαθον* com-
pensabit NUMEN ? Quod beneficium, motus
exemplò *Martini Crusii*, incomparabilis olim
Lingvæ Græcæ in alma Tubingensi Doctoris,
silentio hîc involvere nec potui nec volui, quia
& hic in aurea, imò plus quam gemmea sua
ANNI CORONA, magnæ molis ac recon-
ditæ eruditionis opere, Tom. III. f. 56. ejus-
modi beneficentiam sibi cæterisque Doctori-
bus



bus Academicis in arce Tubingensi sæpius ex-
hibitam hisce in æternam rei memoriam de-
prædicat verbis : Μετὰ τῶν λοιπῶν διδασκάλων τῆς Ἀκαδημίας
ἡμῶν καὶ γὰρ ὡσαύτῳ Ἐπιφανεστάτῳ καὶ Φιλοχρίστῳ ἡμῶν Ἀρχόντι
καὶ Κυρίῳ Θεαρέτως καὶ σφαιδρῶς ἐδειπνήσαμεν. Τῷ χειρῶν χάρις!
*Cum cæteris Academiae nostræ Doctoribus ipse
quoque apud Illustrissimum Piumque Principem
ac Dominum nostrum hilariter cœnati sumus,
Christo gratia sit ! Pro tot ac tantis SERE-
NITATIS TVÆ in me collatis bonis, quid
iple minorum gentium homo rependere aliud
possim, quàm si gratæ mentis tabulam in æter-
naturæ Mnemosynes Tuæ Templo, Disputa-
tionem hanc Inauguralem, DEI ac Tuò
PRINCIPIS nutu in Inclyta Noricorum
Vniversitate à me ventilatam, humilimâ ani-
mi devotione suspendere audeam ? Agit ea ipsa
de DEO VNO ET TRINO, cuius ima-
ginem, PRINCEPS OPTIME, his in
terris refers, inter DEOS id propter FI-
LIOS que Deorum in Scriptura lelatus,
ac juxta Nazianzenum Θεοειδῆς vel Θεοδῆς,
DEI SIMILIS dicendus. Respice igitur,
PRIN-*



210





PRINCEPS SERENISSINE, innubi
fronte chartas hasce tanquam pignus, obsides
tesseramque fidei, qua TVÆ AVGVSTÆ
SERENITATI sum obstrictus, ac VNO
DEO HOC IN DVCATV MINOR
Divinitatem imitatus, pretium ex offerentis
constitue animo. Sanctissima ac propitia TRI-
NITAS SERENITATEM TVAM unā
cum oculissima Conjuge totāque Domō Saxo-
nicā Augustissimā omnigenis quā corporis,
quā animæ dotibus, ac diuturna incolumitate
coelitus beet atque coronet! Idque præter cæ-
teros mecum aptat Illustre Tuum Gymnasium,
cujus cimelii pretiosissimi, etsi spissa gravissi-
morum TE moles negotiorum circumdet, cu-
ram nunquam unquam deponis, sed in oculis
quasi fers CASIMIRIANUM, quod au-
spiciis Ducis gloriosæ memoriæ, JOHAN-
NIS CASIMIRI, sub prima Seculi hujus
fenescentis juvena excitatum est, quodque
dum aliquis in carunculæ suæ folliculo spiritus
mansit, liberalissimè conservavit, quō ipse
DIVUS HEROS promeritus est, ut ar-

) (

tes

tes & literæ omnes bono eum publico divini-
tatis genitum, & damnò tuò maximò jam olim
ereptum ultrò profiteantur & conquerantur:
in oculis, inquam, fers CASIMIRO AL-
BERTINVM, quod in TE, Dux AL-
BERTE Serenissime, CASIMIRUM
suum redivivum habet, dum illud non modò
munificentissimè nutris, sed & ad majorem
nominis famam idem evehere studes. Maçte
hâc munificentia, PRINCEPS INDVL-
GENTISSIME tantisque muneribus in
Ecclesiam Orthodoxam ac in Illustre Tuum
Gymnasium, quantum in TE est, adde perpe-
tuitatem, atque sic esto, ALBERTE, quod
es, quodque olim è Divis Majoribus Tuis erat
ALBERTVS, quem ob incredibilem ani-
mi vigorem ANIMOSUM Historici: qui-
dam TEVTONICUM HERCVLEM:
alii, maximè Milites, ROLANDVM AL-
TERVM: Principes DEXTRAM IMPE-
RII: Imperatores PATREM CVSTO-
DEMQUE SALVTIS PVBLICÆ vo-
citârunt. Quo in voto desino, cum Silio,
Vate



Vate non aspernando, ὀλοφρονάθεν accinens pre-
cansque, ut ALBERTO TER ALBO
semper

Decurrant albiq; dies, horaq; serena!



Scribebam Altdorfii Noricorum, d. xxvi. Octobr.
A. O. R. clō Ibc XCVIII.

SERENITATVÆ CELSISSIMÆ

*ab humilimis precum atq; obsequiorum
servitiis*

JOH. SAVERBREY, Hildburghufanus.

Qui



Qui mel Theologies sincerum apis Attica sugens
 Exprimis hos magna sedulitate favos;
 Qui q^{ue} acido nobis sub nomine dulcia libas
 Bammata, Pestanis floridiora thymis;
 Doctoris titulo dudum dignissime, salve!
 Ac prensa meritum, Vir venerande, Tuum!
 Incipit haereticus fieri, qui Symbola carpit,
 Symbolicamq^{ue} notam, n^{on} resipiscat, habet.
 Non Tute hunc sequeris; sed n^{on}sti, ubi pascat
 amœno

Florilegas cytiso pulcher Hymettus apes.
 Nempe redonati commonstras dogma Lutheri
 Romulidas Paulum jam docuisse suos.
 Sic Tibi Symbolico Doctori Ecclesia plaudit;
 Symbolicos veterum ceu venerare libros.
 Sic Te SAXO PATER, celsæ qui presidet Arci,
 Sic Te Coburgum diligit atque colit;
 Tu velut Isiaci præsignis gloria Pindi
 Sancta Palecomes nunc quoqueserta geris.

In Diatriben inauguralem SAVERBREYANAM
 ita canebat gratulabundus

CHRISTOPHORVS Sonntag/
 SS. Theol. D. P. P. prim. & Antistes
 Altdorfinus.



Τῶ θεῷ κυδίστα καὶ μεγίστα
ἐλεῶντο, εὐλογῶντο, εὐεργετῶντο!

PROOEMIUM.

συμβιβασμὸς, sive collatio Doctrinae Apo-
stolicae cum Prophetica, uti olim
ab Ecclesiae Doctoribus, v.g. Pau-
lo, & Auditoribus, v.g. Berœensibus
fuit instituta; ita hodienum Li-
brorum Ecclesiarum nostrarum
Symbolicorum *συμβιβασμὸν* cum Libris
Biblicis rectè instituimus hâc vice
Locum de DEO VNO & TRINO
cum Oraculis Romano - Paulinis
collaturi.



Audabilis omninò jam inde à N. T. incu-
nabulis quasi hic in Ecclesia Dei viguit
mos ut γνήσιοι verbi & Doctores & Au-
ditores ea imprimis, quæ de DEO ac DEI
FILIO docerent audirentve, cum Scri-
ptis Mosaicis atque Prophetis accurate
conferrent, nec quicquam ab hisce dissonum vel profer-
rent vel acciperent. Illustre hujus rei inter verbi Docto-

συμβι-
βασμὸς, si-
ve collatio
Doctrinae
Apostolicae
cum Pro-
pheticâ, uti
olim ab Ec-
clesiae Do-
ctoribus v.
g.

A

res

Paulo,

res exemplum nobis suppeditat PAVLVS, ὁ ἑοικυμένως
 παιδευτής uti Athanasio T. 2. Orat. de Ascens. f. 6. dicitur,
 qui, statim à conversione sua miraculosa CHRISTVM Da-
 masci in Judæorum Synagogis ad audientium stuporem
 usque prædicans, quòd iste ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, sit Filius ille
 DEI, collatis Scripturæ testimoniis demonstravit, hunc,
 qui crucifixus, resurrexit & in cœlos ascendit, ac nuper
 Saulo in via apparuit, esse CHRISTVM illum. Actor IX.
 20. 21, 22 In fonte participium συμβιβάζων legitur, quod
 Vetus & Erasmus, vocis ἐμφασιν h. in l. haud attingentes,
 reddiderunt: *affirmans*. Etsi enim verbum συμβιβάζω alias
 non rarò in simplici *docendi aut instruendi* significatione
 reperiat, ut Hesychio συμβιβάζοντες iidem sint, qui δι-
 δαχθέντες, *docti, instructi* & συμβίβασις eadem, quæ διδασχῆ,
doctrina, utut etiam hæc verbi hujus significatio τοῖς LXX.
 frequens sit, ac apud eosdem respondeat tum radici פִּרְרָא
 quæ in Hiphil פִּרְרָא significat *fecit, item docuit, instituit*
verbis, veluti guttis pluviae de cœlo in terram jactis,
 (Deut XXXII. 2. 3.) quibus homines rerum alioquin
 inscii imbuuntur ac foecundantur, v. g. Exod. IV. 12. συμ-
 βιβάσω σε *docebo te*, Mosen, quid loqui debeas, v. 15.
 συμβιβάσω υμᾶς, *docebo vos*, Mosen & Aaronem, quid fa-
 cere debeatis. Levit. X. 11. jubetur Aaron συμβιβάζειν *do-*
cere filios Israël omnia statuta Jehovæ Psalm. XXXII. 8.
 συμβιβώ σε ἐν ὁδῷ πάντῃ ἢ πορεύσῃ, *docebo te in via, qua am-*
bulabis: tum radici פִּרְרָא quæ itidem in Hiphil פִּרְרָא *scire,*
experiri fecit, notum fecit instruxit significat, v. g. Exod.
 XVIII. 16. ait Moses: Συμβιβάζω αὐτῶν τὰ προστάγματα τοῦ θεοῦ,
Nota facio illis statuta Dei & leges ejus. Deut. IV. 9. Συμ-
 βιβάσεις τῶν υἱῶν σου, *nota facies ea filiis tuis ac filiis filiorum*
tuorum. Esa XL. 13. *Quis Consiliarius ejus fuit? ὃς συμβιβᾷ αὐ-*
τὸν; quis notum quid fecit illi? ubi observa συμβιβᾷν poni
 pro συμβιβάζειν, quod posterius Paulus in N. T. retinuit
 1. Cor. II.

1. Cor. II. 16. *Quis cognovit sensum Domini, ὃς συμβιβάσῃ αὐ-
τὸν; Vetus Quis instruet eum? Beza: qui iustrudurus fit
eum? ad quem locum Joachimus Camerarius, lumen illud
Germaniæ uti vocatur Thuano, Lib. 59. a. f. ita commen-
tatur: Συμβιβάζειν significat componere & conciliare, id quod
fit discrepantibus sententiis aliquorum aut aliquo secum qua-
rente & in deliberando hæsitante, inq̄; obscuris & dubiis. Pla-
το ἰπῶϊα ἐλάτῃ. διαπυνθάνομαι ἢ ἀνασκοπῶ ἢ συμβιβάζω τὰ λεγό-
μενα ἵνα μάθω. Haud tamen defunt & apud LXX. loca,
in quibus verbum συμβιβάζειν exprimit Hebræorum יָבִין
quod & αὐτοπαθῶς significat, intellexit, sensit, consideravit,
& ἀλλοπαθῶς, intelligere fecit, erudit, à radice יָב intel-
lexit, quæ juxta Conrad. Kircherum, in Concord. τῶν LXX.
part. 1, f. 694. congruit significatione cum יָבִין ædifica-
vit, exstruxit. Inde יָבִין significat propriè intrinsecus, in
mente & intellectu, ordine & certa quadam dispositione distin-
ctione & judicio intendere, considerare & curare, qualis res
aliqua sit, aut esse oporteat, non aliter, quàm in architectonica
domum seu ædificium intrinsecus arte in sua habitacula, regio-
nes & partes proportionabiliter distinguere, quale fieri debeat,
ut ordine & commode in eo habitetur. Ita ἀνδρωποπαθῶς de
DEO legitur Esa XL. 14. Cum quo deliberavit Spiritus Je-
ho-va, ἢ συνεβίβασεν αὐτὸν; ut intelligentem redderet eum? con-
fer Jerem. XXIII. 18. Sapient. IX. 13. Rom. XI. 34. item Da-
niel IX. 22. Daniel nunc exivi συμβιβάσαι σε σύνεσιν, ad dō-
cendum te intelligentiam. Hanc itaq; significationem si at-
tendimus, uti omninò attendenda est, qua συμβιβάζειν pro-
priè idem est, ac per collationes artificiosè compingere ac
coagmentare instar fabrorum lignariorum, qui ligna in-
ter sese comittendo aptandoque coire faciunt, partici-
pium συμβιβάζων, Act. IX. 22. non simpliciter reddendum
erat: affirmans, sed cum Erasmo Schmidio: Callatis testimo-
niis Scripturæ illis non ignotæ artificiosè quasi extruens, &*

omnia congruere demonstras quam interpretationem hic tenemus, ut ut ea, iudicio Boissii, Canonici Elisiensis in Britannia, margine, quam contextu dignior nimisq; operosa, & talis omnino, quæ pueros docentem magistrum, quam eruditum interpretem magis deceat, esse videatur, teste J. C. Svicero, *Thesaur. Ecclesiastico è Patribus Græcis concinnato. Tom. II. fol. 1078.* Eadem hæc significatio & in aliis N. T. locis occurrit Actor XVI. 10. Paulus & Timotheus visione nocturnâ moniti, ut proficiscerentur in Macedoniam ajunt: *συμβιβάζοντες, ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτοὺς, collatis argumentis colligentes, quòd vocasset nos Dominus ad evangelizandum illis Eph. IV. 16.* ἐξ ἧς πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβάζομενον διὰ πάσης ἀφῆς κτλ. *Ex quo totum corpus probè coagmentatum & coherens per omnes juncturas &c. ad quem locum Theophylactus: διὰ τῆτο ἔειπε, καὶ ὅτι τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβάζομενον, τρεῖσιν, ἔχ ἀπὸ αὐτῶν κειμένων τῶν μελῶν, ἀλλὰ καὶ ἠνωμένων, καὶ ἐκάστω τῶν οἰκείων τόπων ἐπέχοντι καὶ μὴ παρηθρωμέναι, μηδὲ ἀπὸ ἀλλήλων κειμήσθαι. Propterea dixit, corpus compactum & connexum h. e. non simpliciter positum membrum verum etiam conjunctis; & unoquoque proprium locum habente, ut nullum luxatum sit, neque præter formam collocatum.* Sic ad Coloss. II. 2. ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδιαι αὐτῶν, συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ. *Ut consolationem habeant corda eorum, coherentium arctè in dilectione.* Significat autem compactos & connexos in morem membrorum unius corporis coherentium aptè inter se. Egregiè quoque hanc verbi *συμβιβάζειν* significationem adstruit, quod in expositione in Cap. II. *Lucæ p. 774.* quæ *Tito Bostrensi* tribuitur, & à *Svicero* l. c. f. 1079. allegatur, verbum v. 19. *συμβάλλουσα* redditur per *συμβιβάζουσα.* *Συνετήρει πάντα, inquit, ἡ ἀγία Θεοτόκος, ὅσα τε εἰρήνη αὐτῆς ὁ ἀγγέλων, ὅσα τε οἱ ποιμένες εἶπον. συμβιβάζουσα ἐν τῇ ἑαυτῆς καρδίᾳ, τρεῖσι, τῶ τῶ ἐκείνο συγκλείουσα, ἐκείνῳ τῶτο.* *Conseruabat sancta*

sancta

PROOEMIUM.

sancta Deipara omnia, tam ea, quæ Angelus ei dixerat, quàm
 ea, quæ Pastores dixerant: conferens in corde suo, b. e. hoc
 cum illo, & illud rursus cum hoc conferens. Hac quo-
 que ratione magnus ille gentium Doctor Paulus, ea,
 quæ de Christo publicè docuit, cum Scripturis V. T.
 accuratè contulit, de quæ Filio DEI ἀτερ γραφῶν nil
 dixit. Nec minus illustre hujus rei inter verbi Audi- & Auditori-
 tores exemplum nobis sunt εὐγενέστεροι sive Generosiores bus, v. g
 illi BEROEENSES Ἀδὸρ XVII. 11, quinon mo- Ber æ e n si
 dὸ μετὰ πάσης ἀεθυμίας cum omni promptitudine, sine refra- bus fuit in
 gatione aut contradictione aut persecutione sermones stitura;
 Pauli acceperunt; sed etiam ἀνέχεσθαι τὰς γραφὰς i. e. col-
 latis Scripturis veritatem scrutati sunt, ἐρευνῶντες ἢ συγκρί-
 νοντες, comparantes Scripturam cum doctrina Pauli, ut de-
 prehenderent consensum vel discrepantiam. Non quòd
 dubitarent de veracitate Pauli & Silæ, sed ut, Prophetica
 Scripta cum illorum verbis conferendo magis magisque
 in veritate confirmarentur, & haberent, unde alios con-
 vicerent. Et has Pauli conciones ad amussim verbi
 examinarunt τὸ καθ' ἡμέραν quotidie, non semel tantum,
 aut ex primo fervore; sed continuè & quotidie scrutan-
 tes Scripturas; εἰ ἔχοι ταῦτα ἕτως, an hæc quæ Paulus præ-
 dicabat, ita se haberent. Biblicus igitur hic συμβιβασμὸς ita hodie-
 PAULI & BEROEENSIVM tanto commendatus opère, num Li-
 nobis quoque hodiernum in adulta N. T. ætate debet esse brorum Ec-
 quàm commendatissimus. Et licet Libri Ecclesiarum no- clesiarum
 strarum Symbolici à nobis, qui eos recepimus, pro norma nostrarum Sym-
 ac principio, non quidem simpliciter primo sed tali, de bolicor-
 cujus veritate nobis ex Scripturis constat, habeantur; rum συμ-
 operæ tamen pretium fore confidimus, si Librorum ho- βιβλιασμὸν
 rundem Epitomen, qualis est B. D. LEONHRDI HUT- cum Libris
 TERI LL. Theologicorum Compendium, cum ipsis ora- Biblicis re-
 culis θεοπνευστοῖς, ac iis quidem, quæ in Epistola Romano- cte institut-
 pauli- mus

Paulina omnium nobilissima habentur, conferamus. Uti enim laudatus Apostolus instar σοφῶς δεχτέκτονⓄ, 1. Cor. III. 10. fundamentum religionis Christianæ optimè posuit, coagmentando doctrinam suam Apostolicam cum doctrina Prophetica, inque omnibus suis epistolis ἔθεν ἐκτὸς ἐκείνων, ὧν τε οἱ προφηταὶ ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς, locutus est, Αἴτορ. XXVI. 22. ita imprimis id præstitit in aurea sua ad Romanos Epistola, in cuius initio statim ad veri Dei de filio suo provocat Evangelium, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτῶν ἐν γραφαῖς ἁγίαις, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis Sanctis, Rom. I. 2. Quare, cum non ita pridem specimen aliquod huiusmodi συμβεβασμῶν in Loco de SCRIPTURA SACRA tanquam τῶν τῆς σοφίας ἀνωθεν κατερχομένης ταμείων, publicè de-
 derimus, animus jam quoque fert, ἵνα θεῶν ἅνω συμβεβάζοντⓄ, idem in Loco de DEO VNO ET TRINO, quem cum totius Græciæ olim Compendio, Martino CRUSIO in Compendio Theologiæ D. Jacobi HEERBRANDI, ab ipso Crusio Græca civitate donato p. 37. jure meritò τὸν πρώτον καὶ μέγιστον πάσης τῆς Θεολογίας τόπον vocamus, tentare, illud quoque hac in parte nostrum facturi, quod Petrus apud Clement. Alexandr. Stromat. Lib. VI. dixisse fertur: ἔθεν ἄτερ γραφῆς λέγομεν. Ipse autem μονοθεῖⓄ καὶ τρισυτάτⓄ ὁ θεὸς ingressum meum instruat, progressum dirigat, egressum compleat per CHRISTVM Dominum nostrum. Amen! Estò itaque ζύνεⓄ θεῶν παλάμη

THESIS I.

Fides de DEO, in Trinitate uno, & in unitate trino absq; Personarum confusione. ac Substantiæ separatione, est catholica.

Ἐκθεσις.

ead vice lo-
 hum DEO
 VNO &
 TRINO
 cum Ora-
 culis Roma-
 no-Paulinis
 collaturi.



Ἐκθεσις.

§. 1. **F**IDEI vocabulo B. Hütterus Locum de DEO auspica- **FIDES**
 tur indicaturus, ad perfectam ac salutarem DEI no-
 titiam non sufficere, ut ex natura quodammodo scia-
 mus, quòd & quid DEUS secundum essentiam sit; sed
 ut ex Scriptura, quid idem etiam secundum personas & volun-
 tatem œconomicam sit, credamus. Dari autem notitiam ali- (Opposita
 quam & existentia & essentia DEI naturalem, contra malitiosè ean- notitiæ
 dem negantes Paulus clarè probat Rom. I. 18. 19. 20. II. 14. 15. DEI natu-
 Notitiam hanc ex malitia negantes sive Athei practici Apostolo rali,
 Rom. I. 18. dicuntur οἱ τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχοντες, qui ve-
 ritatem in impietate detinent, quo loco τὴν ἀληθείαν nomine ve-
 niunt κοινὰ ἔννοιαι, notiones naturales, vel veri conceptus naturā
 noti & ex principiis naturæ deducti, de DEO ἀληθῶς existente,
 εἰσεβῶς colendo, & proximo δικαίως diligendo, quod alias Lumen
 naturæ nominant. Hasce notiones notati Athei violenter, jux-
 ta verbi κατέχειν emphasin, Rom. VII. 6. collat. cum Matth. XXI.
 38. Luc. IV. 42. Job. V. 4. detinere, vimq̄ illi cognitioni divinæ
 facere dicuntur in injustitia, quando neq̄ DEUM agnoscunt ac
 colunt, neque proximum diligunt, ut quidem faciendum fuis-
 se ipsimet intelligunt. Optimè vim verborum expressit augu-
 stissimus Patrum Augustinus Serm. L. V. de Verbo Dom. secun-
 dum Joh. Sic veritatem quasi incarcerarunt, eamq̄ue detinuerunt seris
 iniquæ voluntatis, ne exiret ad effectus & opera conformia cognita ve-
 ritati. Atq̄ sic Athei isti, quantum in ipsis est, naturalem il-
 lam lucem extinguere conantur, dicentes in corde suo, non esse
 DEUM, Psalm. XIV. 1. contra scientiæ ac conscientiæ dictamen,
 quo omnino convicti sunt, esse DEUM & esse scelerum vindic-
 cem; dum vident ὅποια λυπία ὄργην Θεῶ ἀπ' ἑραῶς ἡτιπᾶσαν
 ἀσεβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, palam fieri iram DEI de cælo ad-
 versus omnem impietatem & injustitiam hominum l. c.

§. 2. Esse igitur DEUM, præterquam quod id ex libro Scri-
 pturæ credimus, è naturæ quoque libro nemini non constare
 poterit, cujus libri, juxta B. D. Scherzerum, Theologum Lipsien-
 sium

quæ ha-
betur ex
Scientia,
eaq; insita

sum *primarium, Præceptorem meum olim vivum, hodie multum omni
veneratione dignissimum, System. Theol. pag. 35* duo quasi sunt fo-
lia, *Scientiæ scil. ac Conscientiæ.* Prius libri naturæ folium quasi est
Scientiæ, quæ includit notitiam DEI tum ἐμφυτὸν sive insitam, tum
ἄκτιστον sive acquisitam. Illa est, qua homo ex principiis se-
cum natis, tanquam imaginis divinæ rudibus quibusdam & re-
liquiis sine discursu & mentis operatione, DEUM cognoscit.
Et hæc probatur (a) è *Rom. I. 19. τὸ γνωστὸν τῷ Θεῷ* sive ut Oecu-
men. exprimit, ἢ *γνωστὸν τῷ Θεῷ, notitia DEI, passivè scil. sumta,*
qua DEUS ab hominibus cognoscitur & qua sciri potest esse
DEUM, juxta B. quoque Lutherum: *Dasß man weiß / dasß ein
Gott sey / veluti & Apostolus se ipsum sic declarat v. 21. γινόντες
τὸν Θεὸν scil. εἶναι, ac in sequentibus ostendit, quamnam τὸ γνωστὸν
τῷ Θεῷ comprehendat, nempe (1.) DEUM esse, sive existentiam
DEI, (2.) DEUM opificem mundi esse. (3.) Potestiam DEI æ-
ternam, adeoq; (4.) æternitatem DEI (5.) invisibilem ejus di-
vinitatem, (6.) DEUM ab omnibus corruptibilibus creaturis
distinctissimum esse. (7.) DEUM glorificandum esse, ut DEUM:
Hoc *γνωστὸν τῷ Θεῷ manifestum est, φανερόν ἐστιν, h. e. radio velut
amicabili reflectitur ἐν αὐτοῖς, in illis, i. e. in illorum, intellige,
gentilium, imò omnium in universum hominum mente ac in-
tellectu sine operoso discursu, sic ut insita hæc notitia non
ἐνσπυρῆσιν aut actualis, sed ἐκλυή sive habitualis sit, per implan-
tationem habitûs analogi, vide B. Dn. Calovium, Theol. Nat. ur. &
Revel. f. 149. seq. & Scherzer. l. c. ac licet in textu v. 19. adda-
tur, ὁ γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανερώσῃ, DEUS enim ipsis manifestavit, quæ ver-
ba de acquisita notitia loqui videntur, attamen hæc ἐφανερώσῃ ge-
neraliùs accepta, non excludit insitam DEI notitiam. (b) è
*Rom. II. 15. ubi de gentibus sibi relictis & nondum conversis
Apostolus testatur, quod, etiamsi legem δεσφει scriptam non ha-
beant, sicut Judæi, tamen φάσκει, naturâ sive naturæ ductu & in-
stinctu, impressione divina naturali, sine externa aliorum infor-
matione, & absque speciali divina revelatione forinsecus acce-
dente, (ita enim ἡ φύσις h. l. è Rom. II. 27. collat. cum I. Cor. XI. 14.
Epist. Jud. v. 10. explicanda) faciunt non quidem νόμον aut πάντα
τῷ νόμῳ, id enim omnibus hominibus lapsis est impossibile Rom.
VIII. 3. collat. cum Act. XV. 10. Sed τὰ τῷ νόμῳ, aliqua, quæ legis sunt,*
secun-**

secundum externas actiones. Atque hæc τῆ γνώσῃ τῆ Θεῶ φανέ-
 ρωσις est illa ipsa γραφή in cordibus hominum, qua de v. 15. ait:
 Τὸ ἔργον τῆ νόμου, i. e. ipsam legis rem & sententiam esse scriptam, non
 χάελι & scriptione spirituali, de qua Jerem. XXXI. 33. & Hebr. VIII.
 10 sed φύσει & naturali v. 14. in cordibus gentium, quæ naturalis
 legis divinæ notitia etiam notitiam legislatoris naturalem im-
 portat. Est enim hîc inter causam & effectum necessaria conne-
 xio, & fieri nequit, ut quis legi obediat sine scientia & notitia
 legislatoris. Hinc nascitur argumentum: Quorum cordibus in-
 scripta est notitia legis, illorum cordibus etiam inscripta est co-
 gnitio legislatoris. Ratio; quia lex legislatorem præsupponit.
 Sed Gentilium cordibus &c. E. Confer. Theologia Apostolica Ro-
 mana Dn. D. Calovii, Orac. XX. p. 67. seqq.

§. 3. Hæc verò ἐπίκλησις sive *acquisita DEI notitia* ita dicitur, ^{atque ac-}
 quia ex insitis naturæ principiis per ratiocinationem & accura- ^{quisita}
 tam creaturarum contemplationem acquiritur, sive ex operibus
 DEI in creati ne & vestigiis illis divinitatis, quæ sparsa sunt in
 tota rerum natura, colligitur, quamque Nazianzenus idpro-
 pter vocat ἐπίγνωσιν συλλογίζουμένην καὶ ἀπίκνητον, & hæc itidem
 probatur è Rom. I. 20. ubi ait Apostolus: Τα γὰρ ἀόρατα αὐτῶ
 δὲ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νούμενα καθοραται, ἢ τε ἀίδι-
 αὐτῶ δύναμις καὶ δειότης. Nam invisibilia ipsius à creati one mundi
 operibus intellecta perspiciuntur, eterna que ipsius potentia & divinitas.
 Ex externa itaque creaturarum contemplatione acquiritur quo-
 que notitia Dei ac attributorum quorundam divinorum, quæ ab
 Apostolo I. c. τὰ ἀόρατα dicuntur, per quæ non intelliguntur τὰ
 κεκρυμμένα ἢ σκεπημένα αἰωνίοις χρόνοις μυστήρια, *mysteria tem-*
poribus æternis abscondita. Rom. XVI. 25. uti volunt Conradus Vor-
 stius in notis ad disputationem I. de DEO & attributis p. 117. & in
 paraphrasi & scholiis h. l. Ostorodus; sed per ea, uti seipsum
 ἐπεξηγητικῶς interpretatur Apostolus, ἢ τε ἀίδι- αὐτῶ δύναμις καὶ
 δειότης intelligitur; qua explicatione simul adstruit, non omnia
 ἀόρατα Θεῶ gentilibus fuisse nota, sed certa quædam, quæ sciri
 possunt ex natura, quam Basilius M. in Hexæm. τῶν ψυχῶν λο-
 γικῶν διδασκαλεῖον, καὶ τῆ Θεογνωσίας παιδευτήριον, *animarum*
rationalium scholam, ubi in notitia Dei erudiantur, vocat, ubi simul
 B obser-

observamus discrimen inter *θειότητα* ac *θεότητα*, uti Beza non male hanc utramque distinguit, quod etiam D. Gerbardus *Comment. super Epist. ad Rom.* pag. 49. & D. Jacobus Weller. *annotat. in eand. Epist.* p. 74. non improbant, & illam *θειότητα* vertunt divinitatem, hanc *θεότητα* Deitatem, illa, inquit, cum sit ab adjectivo *θεός*, primò attributa divina, & connotativè τὸ ὄν, Deum esse significat; hæc verò cum sit à substantivo *θεός*, τὸ τί ἐστὶ seu essentiam, & connotativè attributa notat, ut sensus sit; Gentiles *θειότητα*, quòd sit Deus & quædam DEI attributa; v. g. *δύναμιν*, quam in specie Apostolus exprimit, quia illa in rebus creatis earumque gubernatione quàm maximè elucet, sapientiam, bonitatem, &c. cognoscere potuerunt, ut vel Philosophi gentiles testantur; non autem scire potuerunt ex libro Naturæ, QUID SIT DEVS, scil. quæ sint fidei Christianæ capita de Sacrosancta Trinitate, de Christo Mediatore unico &c. Hæc enim ex Libro Scripturæ nobis tantum innotescunt. Uti igitur innata Dei notitia φύσει, ita acquisita hæc κτίσει quàm maximè nobis constat; id quod è propositionis Paulinæ prædicato patet, quod de invisibilibus Dei enunciat, illa ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα tanquam per medium conspici. Hic contra Vorstii, Socini & Ostorodis sophisticationes genuina horum verborum significatio vindicanda est. Nam verba hæc: Ἀπὸ κτίσεως κόσμου non tam tempus, quam medium cognitionis describere, inde patet, quia illud ἀπὸ κτίσεως κόσμου non pertinet ad ἀόρατα, sed ad sequens verbum καθ' ὅραται, ut docet fides probatorum exemplarium, quæ comma ante ἀπὸ κτίσεως ponunt. Deinde ἀπὸ significat non tantum à, sed etiam ex, quæ significatio ipsi ferè propria, quando de haurienda cognitione usurpatur, *Matth. VII. 16. 20. XXIV. 32. Marc. XIII. 28.* & Henricus Stephanus in *Thesauro*, in vocula ἀπὸ Tom. I. p. 490. multis exemplis probat, ἀπὸ & ἐξ vel ἐκ indifferenter quandoque usurpari. Sic ergò ἀπὸ κτίσεως κόσμου est idem, quod ex creato mundo, tanquam medio in notitiam DEI invisibilis adducente, cum vox κτίσεως in Epistola ad Rom. nullibi de creationis actione, sed de creatis operibus, non de actu, sed effectu, ipsa scilicet Creaturarum Substantia semper usurpetur, quod ex inductione reliquorum omnium locorum patet, *Rom. I. 25. VIII. 19. 20. 21. 22. 39.* Porro quando rei ab origine mundi

continuatio & deductio notatur; non dicatur ἀπὸ κτίσεως, sed ἀπὸ δεξιῆς κτίσεως, *Marc. X. 6. XIII. 19. 2. Petr. III. 4. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, Matth. XXV. 34. Hebr. IX. 26. Apoc. XIII. 8. XVII. 8.* &c. Præterea nulla hic metuenda ταυτολογία, quia vox ποιημάτων per quæ supra dicti notitiæ de DEO naturalis hostes falsò θαυματουργήματα sive miracula Christi & Apostolorum, tempore N. T. ad Evangelii confirmationem, præstita intelligunt, est ἑξηγητικὴ & clarius exponit, quid per κτίσιν κόσμου h. l. fit intelligendum. Conf. *D. Gerbard. in notis super hanc Epistolam, p. 47. D. Maukisch notis Philologico-Theolog. p. 310. D. Quensted. System. Theolog. p. 1. f. 257. & D. Calov. in Theolog. Natur. & Revelata, p. 89. & Theologia Apostolica Roman. Orac. XI. pag. 34. seqq.* qui etiam argumentum nostrum, pro notitia DEI naturali ex hoc loco exstructum, non labefactari dicit, si vel maximè de tempore cognitionis hæc verba accipiantur. Quia id innuetur, quod nullo non tempore, inde ab orbe cognito, DEUS cognosci potuerit, & quidem per ea, quæ condidit, quodque τὰ ἀόρατα αὐτῆς fieri quodammodo cœperint καὶ ὁρατά κ' ἰοῦμενα per creationem. Breviter ac nervosè *B. D. Dorscheus, Theolog. Zachar. part. II. dissertatione VI. p. 232. ἀπὸ κτίσεως τῆς κόσμου, inquit, non determinat durationem κρύψεως & ἀορασίας, quasi Divinitas & æterna potentia eousque occulta fuerint, hoc enim falsum foret, sed explicat objectum, unde illa ἀόρατα, quasi reflexivè & veluti in speculo quodam sint facta ἀόρατα; scil. ex operibus creationis. Adde, etiamsi τὸ ἀπὸ κτίσεως temporis nota sit, nobis tamen id non officit, jam inde enim à condito mundo ex creaturis Creator cognosci potuit.*

§. 4. Hoc autem medium cognoscendi Deum naturaliter, Viæ triplici, per κτίσιν & ποιήματα à Scholasticis vocatur *Via Causalitatis*, quæ Causalitatis hoc absolvitur canone: *Datur creatura, E. & creator, cui à Scholasticis, lasticis adjungitur & Via eminentiæ, quæ hoc nititur canone: Quicquid perfectionis est in Creaturis, id perfectissimo modò ac eminenter Eminent-tribuendum est creatori: & via negationis, juxta hanc regulam: Quicquid in creaturis imperfectionis est, removendum a Deo est. Et Negationis, uti fundamentum viæ causalitatis Scriptura nobis suppeditat, Rom. I. 20. ita & Eminentiæ & Negationis via fundamentum in sacris habent, illa quidem Ps. XCIV. 9 qui plantat aurem, nonne au-*

audiet? &c. hæc verò Num. XXIII. 19. Deus non est homo, ut mentiatur. Confer. Psalm. L. 13. 21. Job. XXII. 3. 4. Attributa enim Dei vel absoluta sunt, vel relativa. Relativa, v. g. prima causa, creator, gubernator &c. via Causalitatis: Absoluta positiva, v. g. bonus, justus, sapiens, potens, via eminentiæ: absoluta negativa, v. g. infinitus, immutabilis, immortalis &c. via negationis cognoscuntur. Ita scilicet DEUS ἀμάρτυρον sine testimoniis se ipsum non reliquit, Actor. XIV. 17. Hinc rectè Mediolanensium Episcopus, Ambrosius, in explicatum à nobis locum Rom. I. 20. ita commentatur: DEUS, qui naturâ invisibilis est, ut à visibilibus posset sciri, opus fecit, quod opificem sui visibiliter manifestaret, ut per certum incertum sciretur, & ille Deus omnium esse crederetur. A quo minime dissentit Aristoteles lib. I. de Mundo c. 6. ita scribens: Πάση θνητῇ φύσει γενομένη ἀθεώρητ' ἐπ' αὐτῶν, τ' ἔργων θεωρεῖται θεός. Et ἀξιωματιμότης sunt verba Arnobii Lib. I. contr. Gentes hæc: Ipsa si hiscere animantia muta possent, si in linguarum nostrarum facultatem solvi. imò, si arbores, glebæ, saxa sensu animata vitali vocis sonitu quirent & verborum articulos integrare, & intelligerent, esse Deum, & cunctorum Dominum solum esse clamarent.

§. 5. Alterum libri naturæ folium quasi est conscientie, quæ tum ex illos etiam in jus vocat, qui neque per aliorum institutionem, neque per propriam indagacionem in legis notitiam penetrarunt, sed ab omni culpa & disciplina alieni beluarum instar vitam degunt. Huc pertinet locus Rom. II. 15. in quo scriptionem legis in corde gentilium humanitus acquisitæ notitiæ oppositam probat συμμαρτυρεῖσα αὐτῶν ἢ συνείδησις, καὶ μεταξύ ἀλλήλων οἱ λογισμοὶ κατηγοροῦντες, ἢ καὶ ἀπολογούμενοι, testimonium illis perhibens conscientia illorum, & inter sese cogitationes accusantes, vel etiam excusantes. Quò respicit duplex legis opus, quod est primò ostendere faciendâ; deinde timorem incutere haud facientibus, laudem afferre præstantibus, quo utroque officio & in Ethnicis lex egregiè functa est, juxta δικαιοσύνη eorum testimonia: Magnam vim habet, ait Cicero in Orat. pro Milone, Conscientia in utramque partem, ut semper pœnam ante oculos versari putent, qui peccaverint, & nihil timeant, qui nihil admiserint. Seneca epist. 96. Si turpia quæ facis, quid refert neminem scire, cum tu scias? ô te miserum! si contentis

tum ex
Conscien-
tia,

temnis

temnis hunc testem : & cui ignota pulcra Menandri sententia :
 Βροτῶν ἅπασιν ἡ σωείδης Θεός, Cunctis hominibus conscientia est
 Deus?

§. 6. Quamvis autem Deus ita ex libro naturæ per Scientiam
 ac Conscientiam quadantenus cognosci queat, quod ipsimet
 Gentilium saniores fatentur. Cicero enim, *Nulla*, inquit, *Gens*
tam fera, nemo omnium (al. hominum) tam immanis est, cujus mentem
non imbuerit Deorum opinio: Lib. I. Tuscul. *Ut etiam si ignoret, qua-*
lem Deum habere deceat, non tamen habendum sciat. Lib. de Legg.
Unde, qui Deum negat, eum vix sanæ mentis esse, Lib. II. de Natur.
 Deor. idem Tullius; Avicenna autem *mente ac sensu carere existi-*
mit. Nec incommodè apud Plautum in Captivis quispiam ex-
 clamât: *Est profecto DEUS qui, quæ nos gerimus, auditque & videt*.
 Ovidius lib. I. de arte: *Expedit, esse Deos, & ut, expedit, esse pute-*
mus. Et Aristoteles lib. I. de Cælo c. 3. tex 22. πάντας ἀνθρώ-
 πους πρὸς θεῶν ἔχειν ὑπόληψιν affirmat; illa tamen naturalis Θεο-
 γνωσία etiam juxta Epistolam nostram Romano-Paulinam, nec
 perfecta nec salutaris dici potest. *Perfecta non est, quia solius ef-*
sentia, non trium personarum est, quas qui non credit & fide te-
net, non est DEI, Rom. II. 9. inde optimè B. D. Hülseman, Bre-
viario p. 21. ad gratiam & gloriam per hanc notitiam solam nemo per-
venit. Nec salutaris est, quia salus est ex fide, fides autem uni-
cè nititur verbô, Rom. X. 17. Ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς, ἢ ἡ ἀκοὴ ἀ-
ρήματὸς Θεῶν, fides ex auditu est, auditus autem per verbum Dei. Et
Evangelium solum est δύναμις Θεῶν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι,
potentia Dei ad salutem omni credenti, Roman. I. 16. Licet autem
notitiæ illæ naturales non sint sufficientes ad perfectam DEI co-
gnitionem, neque per se sint efficaces ad conversionem, multò
minus ad consequendam vitam æternam: sunt tamen sufficien-
tes ad convincendum hominum impietatem quòd scil. ne id qui-
dem, quod notitiæ hæc dictitabant, fecerint, sed potius illis abu-
si fuerint. Finis siquidem hujus notitiæ à Creatore per se inten-
tus hic erat, ut esset ὁρμητήριοι ad ulterius inquirendum de DEO,
ac quædam quasi χειραγωγία, inducens hominem ad cogitandum
& inquirendum de cœtu, in quo verus DEUS Israël habitat,
quò sine neglectô accidentarius finis sive eventus ex abusu no-

quæque
 nec perfe-
 cta,

nec salu-
 taris est,

titiarum naturalium profluxit, nempe ἀναπολόγησις five *inexcusabilitas*, εἰς τὸ εἶναι αὐτὰς ἀναπολογήτας, adeò, ut sint illi *inexcusabiles*. Rom. I. 10. quæ verba cum Theophylacto non τελικῶς, sed ἐκβατικῶς intelligenda sunt. Et hic eventus justus est. Nam qui scit facienda, nec facit, imò contrarium facit, suo prope iudicio est damnabilis, ἀναπολόγητος καὶ αὐτοκατάκριτος.

§. 7. Perfectior igitur & ad salutem sufficiens DEI notitia non ex humanæ rationis speculationibus, sed solo verbo est haurienda. Quis enim extra revelationem hanc mentem Domini co-
vit? Rom. XI. 34. Hinc rectè Tatianus in Orat. contra Gentes: Ταῦτ' ἡμετέρας παιδείας ἐστὶν ἀνωτέρω τῆς κοσμικῆς καταλήψεως. Et Chrysostom. in explic. Epist. ad Philipp. Διὰ πίσεως ἢ γνώσεως, καὶ πίσεως ἀντὶ γνώσεως αὐτὸν ὅσα ἐστὶ. Et Eriphanius in libro, qui Ancoratus dicitur: Τετραὶς ἡμῶν καταγγέλλεται, καὶ πιστεύεται ἀπὸ ἐργῶν καὶ ἀφιλονείκως. Basiliius lib. V. contra Eunomium: Πισεῦσαι δεῖ τὸ προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἐστὶ, πισεῦσαι, μηδὲ ἀπίσως πειραγάζεσθαι ὅ, τι ἐστὶ. Et Nazianzenus Orat. de pace ait: ἀλιευτικῶς, ὅσα δεισοτελικῶς, quæ DEI sunt, scripta esse. Et hanc notitiam DEI in libro Scripturæ, cuius omnis linea DEVM pingit, uti B. D. Dannbauer. Hodosoph. p. m. 196 loquitur, reperimus, quam in Thesi nostra cum Autore N. FIDEM DE DEO vocamus.

De DEO.

§. 8. Est autem hæc fides de DEO non illa *activa* & *subiectiva*, quæ creditur, quæ vocis πίσεως acceptio in Epist. Pauli ad Rom. sæpius occurrit, v. g. Rom. I. 8. 12. 17. III. 22. 25. 26. 28. 30. IV. 5. 9. 11. 13. 16. 19. 20. V. 1. 2. IX. 30. 32. X. 6. 17. XI. 20. XIV. 23. quæ loca σ. 7. θ. in loco de Justificatione aliquando enucleaturi sumus; sed *passiva* & *objectiva*, quæ creditur, h. e. doctrina revelata, circa quam fides hominum versatur, tanquam circa proprium suum Objectum, unde observat B. Nicolaus Hunnius in Diascep. §. 52. minus propriè dici *Fidem* & potius dicendam esse *doctrinam fidei*; siquidem ex doctrina fides oriatur, & hac in significatione vocabulum πίσεως five fidei legitur Rom. I. 5. XVI. 26. ὑπακοὴ πίσεως, obedientia fidei, i. e. Evangelicæ doctrinæ ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ quæ verba Græcorum Scholiarum rectè referunt ad obedientiam fidei, ut ita objectum fidei, de quo sermo est, Paulus clarissime

mè

mè exprimat, vid. D. Wellerum in notis ad h. l. p. 32. Rom. III. 27. νόμος πίστεως five lex fidei γνησιός, doctrinam fidei five normam credendi in Christum significat, ut sensus sit: per legem fidei h. e. per doctrinam fidei five Evangelium excluditur omnis gloriatio, quia doctrina fidei propter Christum gratis justificari & salvari docet. vid. Weller. l. c. p. 223. Rom. III. 1. IV. 14. X. 8. ἡ πίστις ἡ ἀναλογία δὲ πίστεως ὁ κηρύσσόμενος, verbum fidei, quod predicamus. Rom. XII. 6. ἡ ἀναλογία δὲ πίστεως, proportio fidei est illa norma, harmonia & consensus articulorum fidei, ad quam quicquid concordat, verum, quicquid discordat, falsum est & adulterinum. Sic & Anselmus: Secundum rationem fidei h. e. ut nihil extra regulam fidei loquamur aut sapiamus. Ergò sensus contextus est: Qui sunt interpretes Scripturæ, operam dent, ut interpretatio sit analogica fidei, h. e. congruat cum articulis fidei & principalibus doctrinæ Christianæ capitibus in Scriptura revelatis. De qua autem doctrinæ parte hîc agatur, illud exprimit θεοδιδιοεισµὸς vocabulo fidei additus, cum Fides de DEO appellatur, quam doctrinam θεὸς τὸ θεῖον, de DEO in essentia uno & in personis trino, tanquam Objecto Theologiæ primario ac inadæquato, alias specialiter Theologiam vocare solemus.

§. 9. Hæc porrò Theologia five fides de DEO nobis DEUM sistit primò ut IN TRINITATE UNUM. Hinc unitas DEI in Trinitate tanquam mysterii plenissima à nobis concipi non debet sub ea formalitate unitatis, qua omne Ens Metaphysicum, ut unum mente concipi à nobis solet, sed longè aliâ ratione, cui similis in naturali mentis nostræ conceptu non datur, & quæ sola ex divina revelatione nobis innotescit. Nam quando de DEO unitas prædicatur, tum quidem ipsa partim indivisio essentiæ significatur, partim omnis multitudo excluditur, ita, ut unus saltem Deus sit, non plures, sed tamen adhuc aliud quid mysterio plenum etiam involvit. Quando enim (1) de intelligente natura Unitas prædicatur, non nisi ejusmodi unitas concipitur, quæ uni supposito coexistat; Divina verò unitas tribus personis coexistit. (2) Unitas hæc Dei non universalis est, qualis est speciei vel generis; sed merè ac singularissimè singularis, & , ut Lutherus in Cap. 1. Genes. loquitur, unissime una, excludens non actualem tantum;

in Trinitate VNO.

tum;

tum; sed etiam potentialem divisionem. DEVS enim non tantum in essentia unus est, sed etiam nec potest esse multus, nec multiplex. Non enim ita unus est, sicut v. g. Petrus est unus & unam habet essentiam, quæ tamen aliis etiam hominibus competit &c. (3.) Unitas hæc numerica est, non quantitativa quidem & prædicamentalis, sed eminens ac transcendentalis. Non enim per quantitatem mensuratur, sed ut ens distinctum consideratum, & ab aliis omnibus divisum. Sic B. Dn. D. Carpzovius in *Isagoge in Libros Symb.* p. 78. hanc DEI unitatem accuratè describit, cui adjungimus ὁμόληξα quæ B. Theologus, Dn. Johannes Weinmannus, *Vinea Altdorffina* ἑκτερον olim fidelissimus, in *Institutionibus SS. Theologiæ* affert p. 82. Una essentia tribus Deitatis personis communis, non est in eis partialiter, ita ut pars sit in Patre, pars in Filio, pars in Spiritu S. : Sed tota est in Patre, tota in Filio, tota in Spiritu S. Nec sentiendum, quod personæ tres omnes & singule una quadam communi essentia participant, quæ aliud quidpiam ab ipsis sit: verum hæc unica indivisa essentia nihil aliud est quam ipsæ personæ, sicut hæc nihil aliud sunt, quàm unus ille verus & æternus DEVS. Et de hoc DEO in Trinitate uno accipienda sunt loca, in Epist. ad Rom. in quibus Deus εἷς καὶ μόνος, unus & solus dicitur, Rom. III. 30. ἐπεὶ περ εἷς ὁ θεός, quandoquidem unus Deus. Hic unus DEVS unam essentiam notat. Ab unitate autem essentiæ ad unitatem Personæ N. V. C. Inde Crellius de uno DEO Patre L. 1. S. 1. c. 6. hunc locum malè de solo Patre explicat, quia εἷς & μόνος (Sociniano sensu) non æquipolent. Ab uno enim ad solum non valet Conseq. & distinctissima sunt: Unus est DEVS, & solus Pater est DEVS. vid *Colleg. antisoc. B. D. Scherzeri* p. 99. Rom. XVI. 27. DEVS dicitur μόνος σοφός θεός, solus sapiens DEVS, ubi itidem vocula solus non negat, Christum esse verum DEVM; sed excludit illum, qui non est verus DEVS, juxta regulam ab Augustino, Cyrillo & aliis Patribus annotatam: *Cum sermo est de re, quæ alicui Personæ divinæ secundum essentiam, & non secundum originem convenit, non excluduntur aliæ personæ divinæ, quæ sunt ejusdem essentiæ divinæ.*

& in Unitate
TRINO

§. 10. Secundò, eadem fides DEVM apprehendit ut in VNITATE TRINVM. Ita enim DEVS unus numero est in essentia, ut tamen una ista essentia numerica tribus coëxistat personis

sonis & tres personæ Divinitatis simul sumtæ sint unus numero DEVS, quia unam numero essentiam habent. Quæ tres personæ realiter quidem inter se distinctæ sunt, non verò essentialiter, prout B. D. Martinus Chemnitius Tom. I, LL. Theolog. p. 94. istud annotavit. In Germanico Exemplari verba ita sonant: Und seyn doch drey Personen in demselben einigen Göttlichen Wesen alle drey ein Göttlich Wesen. Et hæc personarum Trinitas creditu necessaria est, & ex necessitate mandati, Matth. XXVIII. 19. & ex necessitate medii, quæ sita est in arctissima cohæsiõne, quam Pater ad Filium ac Spiritum S. ac vice versa, habet, propter quam una persona absque altera nec esse, nec cognosci, nec credi, nec coli potest. Hinc Paulus Rom. IX. 9. Ἐἰ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, ἔτι οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, Si quis Spiritum Christi non habet, non est ejus, quo ex loco, juncto cum I. Cor. XII. 3. & Job. XVII. 3. sole meridiano clariùs apparet, verba sunt *Primarii ac παντὸς in alma Noricorum Theologi DN. D. CHRISTOPHORI SONNTAGII in Triadologia V. T. catholica p. 34. anni hujus mense Febr. publicè proposita*, objectum cultus verè Christiani non esse DEVM modò unum, sed & DEVM Trinunum. Et si cum Rom. VIII. 9. conferatur loc. I. Job. II. 23. Πᾶς ὁ ἀρνέμενος τὸν υἱόν, ἔδει τὸν πατέρα ἔχει, omnis qui negat Filium, neq; Patrem habet, patebit ad oculum, necessitatem credendi in Spiritum Sanctum cum necessitate credendi in Filium & Patrem: & necessitatem credendi in Filium cum necessitate credendi in Patrem & Spiritum Sanctum omninò connecti. Hinc argumentamur: Quarum Personarum una absque altera nec esse, nec credi, nec coli (Job. V. 23.) nec æternum videri (Job. XVII. 13.) potest, eorum simultanea cognitio ad generandam fidem salvificam est necessaria. Sed Persona Patris absque Persona Filii & Spiritus S. nec esse, nec credi, nec coli, nec æternum videri potest. Ergò earum simultanea cognitio ad gererandam fidem salvificam est necessaria.

§. II. Illud hic pede sicco prætereundum non est, quare ex Symbolo Athanasiano dicamus (α) hanc in Trinitate unitatem esse ABSQVE PERSONARVM CONFUSIONE, scilicet propter Sabellianos, quorum antesignanus Sabellius tres personas in unam personam conflavit, & tria saltem nomina unius Substantiæ ex tribus personis fecit, h. e. uti D. Scherzerus Systemat. Theolog.

C

p. 86.

absq; Personarum confusione

p. 68. ait, *Trinitatem non personalem, sed nominalem tantum statuit, de quo legi potest Epiphanius Lib. 2. heresi 62. & Cent. 3. Magdeburg. f. 103. Hunc errorem, quod laudata B. Carpzovii Isagoge gemino hoc NB. NB. in margine posito signo p. 79. observat, hodie omnino interpolare videntur illi qui, disputant, sufficere, si credatur, unum esse DEVM, qui Pater, Filius ac Spiritus S. sit, & Filium ante incarnationem suam in V. T. in unitate ista divina absque explicata distinctionis personalis cognitione adoratum atq; cultum fuisse: ac questiones de notionibus divinis ac proprietatibus personalibus esse quidem de rebus articulum fidei concernentibus; minime vero proxime & immediate de ipso Articulo fidei. Sed non sufficit, in hoc mysterio credere tres absolutè, quomodocunque demum illi tres explicentur: hoc ipso enim confusio personarum omnino introducit, sed tres in Deitate Personæ distinctè creduntur, ἀλλ' ἄλλ' καὶ ἀλλ' ἄλλ', Job. XIV. 16. Confer. Summè Reverendi Ebori Coburgensium Generalis, Dn. D. J. A. Stempelii Notæ Theologicas, ad Compendii Hutteriani explicationem uberiores facientes, ad Loc. II. de DEO uno & Trino obs. V. p. 53 (β) quare dicatur, hanc in Unitate Trinitatem esse ABSQVE SVBSTANTIÆ SEPARATIONE, ideò scil. quia in Deo nihil divisibile ac separabile est ac diversum, licet distinctio ac discrimen personarum detur. Illa siquidem separatio πολυθεότητα omnino introduceret, ac unitatem DEI convelleret, hæc distinctio verò minime. Pater & Filius, inquit Ambr. libr. 2. de fide, cap. 2. habent distinctionem, separationem autem non habent. Et rectè monet B. Martin. Chemnitius, T. I. LL. Theol. in loc. de Trinitate p. 105. Terminos hosce: Diversitas, Separatio, Divisio, incommodos esse terminos, etiam, quando ad discrimen Personarum applicantur. Hinc non tantum omnis ἕξοχῆ unius personæ præ altera excluditur propter summam essentiæ æqualitatem; sed etiam procul abhinc esse debent, quæ Vorstius in Tractatu de DEO, & contra Sibrandum Lubertum de tribus essentiis relativis in Trinitate disputat. Utut enim Essentia divina aliquando relatè consideretur, prout scilicet primæ vel secundæ personæ caractere determinata est; tamen propterea non relativa Essentia est differens ab Essentia divina, quæ in altera persona est, cum omnes tres personæ sint una numerò essentia, vid. F. w. erb. fasc. III. disp. IV. th. 25, & 46. Cætera, quæ de Trinitate*

& Substantiæ separatione.

nitate

nitare ex Epistola ad Romanos & κατασκευασικῶς & ἀνασκευασικῶς hic
afferenda erant, testimonia, infra Thesi III. comparebunt.

§. 12. Hæc itaque hæctenus descripta fides de DEO est &
ab Athanasio dicitur CATHOLICA, ratione scilicet *divine destina-* est Catho-
tionis & obligationis, quod ad eam DEVS omnes omninò homi- lica.
nes omnium temporum & locorum ex æquo sub salutis periculo
obligaverit, non autem *ratione usurpationis*, quasi omnes po-
puli omnium temporum & locorum eam tenuerint, cum vix uni-
cum religionis caput occurrat, in quod omnes populi consen-
tiant, atque id pro vero habeant. Quod contra Pontificios no-
tandum, qui ex Vincentio Lerinensi definiunt fidem catholicam,
quæ semper, ubique ac omnium populorum ac gentium Regum ac Princi-
pum est, prout apud Genebrardum in Comm. super Symb. Apost.
videre licet, ubi prolixè istud urget. Sed perversè Vincentii re-
gulam intelligunt, quæ non nisi juxta verbum DEI sentientium
ac credentium respectu, & in relatione ad illos accipienda est.
Fides enim catholica præterea duplici respectu dicitur, (1) quate-
nus professio hæc omnibus, ubicunque verè credentes sunt, in
toto terrarum orbe communis est, etiamsi non semper per totum
terrarum orbem Ecclesia fidem hanc profitens existat. Hanc si-
gnificationem confirmat, quod, citante *Svicero Thesaurò Ecclesiasti-*
cò T. 2. fol. 15. Barlaam. de Principatu Papæ cap. 15. habet: Πίστις
καθολική ἐστίν, ἣν ἅπαντες οἱ ὀρθόδοξοι Χριστιανοὶ ὁμολογῶσιν, ὡς
περ' ἂν τυγχάνοιεν. Fides Catholica est, quam omnes orthodoxi Chri-
stiani profitentur, ubicunque tandem versentur. (2) Quatenus in-
tegra est, & catholico Scripturæ S. systemati per omnia congruit,
sicut Cyrillus in Catechesi 18. καθολικὸν dici monuit διὰ τὸ διδάσκειν
καθολικῶς ἅπαντα εἰς γνῶσιν ἀνθρώπων ἐλθεῖν ὀφείλοντα δόγματα,
i. e. quia catholicè & perfectè, quæcunque homines docere debent, com-
plectatur. Priori modò in Symbolo Athanasiano accipitur; po-
steriori modò hæreticæ fidei opponitur. eoque sensu catholica fi-
des idem est ac orthodoxa fides. Veluti & καθολικοὶ, Catholici, si ad
ipsa vocis hujus incunabula & antiquissimum ascendamus usum
vocantur Christiani Orthodoxi, atque ita discernuntur à Christia-
nis hæreticis. Patet hoc ex Cod. lib. I. Tit. I. Justin. de summa
Trinit. & fide Catholica Cunctos. Hanc legem (nempe qui secundum
Apostolicam disciplinam, Evangelicamque doctrinam, Patris & Filii &
Spiri-

*Spiritus S. unam Deitatem sub pari majestate & sub pia Trinitate credunt) sequentes, Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti. Basilica τὸ τῶν Χριστιανῶν καθολικῶν ὄνομα κελεύομεν ἐνβῶσαι. vid. Svicerus l. c. p. 14. Unicum adhuc circa hanc primam thesin idque non levis momenti expediendum est, qua ratione scil. Paulus Rom. l. 8. de Romanis dicat: Ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, fides vestra annuntiatur in toto mundo, an ex hoc loco probari possit, Romanæ Ecclesiæ fidem esse Catholicam, atque ideò hodieque rectè ipsam Romanam vocari catholicam? Id sanè non pauci ex Pontificiis hinc probare conantur, quos citat D. Baldvinus Quæst. I. ad hunc versum, videlicet Stapletonum, lib. 4. de Princip. fidei c. 18. Pererium, disput. 4. in c. 1. Rom. in primis prolixè hic rhetoricatur Justinian. in h. l. Paulum (1) gratias agere Deo pro Romanorum fide, cujus famam aut etiam fructum ad omnes penetrasse gentes ait, at deinceps Romana fides catholica jure optimò sit appellata: quo illi videntur Tertullianus, Cletus Romanus apud Cyprianum tendere, & nescio quæ corradit, (2) nescire se, annon Paulus Propheticò Spiritu prædixerit, quòd rivuli fidei ex Apostolica fide Romana diffluxuri essent ad varios populos. Sed & cum B. Argentoratensium Theologo, Dn. Sebastiano Schmidio, Comment. in VI. priores D. Pauli Epist. cum primis ad Rom. cap. 1. p. 51. logicandum, ut sic loquamur, non rhetoricandum hinc esse. Syllogismus si fiat, apparebunt ineptiæ, quæ enim consequentia? Romanorum fides in toto mundo fuit annunciata, Ergò fuit catholica, E. hodieque est catholica. E. Romana Ecclesia hodieque rectè vocatur catholica. Nam (1.) in antecedenti luditur ambiguitate termini fidei: Hanc Apostolus intelligit subjectivam & actualem, non autem dogmaticam; in toto mundo fuit annunciatum, quòd etiam Romani credidissent actu Evangelio: unde & Paulus gratias egit pro omnibus & singulis subjectis seu fidelibus. Atqui quis unquam de fide subjectiva dixit, quòd sit catholica? (2.) Sit verò etiam fides hæc dogmatica, luditur tamen iterum termino doctrinæ catholicæ. Nam si catholica fides seu doctrina appellatur, quæ in toto mundo prædicanda est, aut actu prædicatur, nil lucratur Pontificii. Nam concesso, quòd doctrina Romane Ecclesiæ tempore Pauli fuerit illa, quæ toto orbe prædicanda & prædicata fuerit: nulla tamen consequentia est, quòd hodieque Romæ vigeat, atque doctrina Ecclesiæ Romane hodieq; sit catholica. Probandum, quòd
ad huc*

adhuc vigeat Roma, & tum sequetur, hodieque esse catholicam. Quod si doctrina catholica sumitur pro alligata ad certam sedem, ex qua sola in universum mundum exire debeat, quod quidem volunt Pontifici, ipsa statim prima consequentia nullius momenti. (3.) Rectè opponitur Pontificiis fides Thessalonicensium, 1. Thess. I. 8. quæ etiam in omnem locum exiit; neq; tamen catholica in sensu Pontificio dicenda, nec hodiè apud Thessalonicenses vicens. Confer. D. Balduin. l. c. D. Weller. in h. l. Atque sic prima thesis ad Oracula Romano-Paulina est exacta, quam in Compendio B. Hutteri metrico Poëta Christianus, M. Georg. Leuschnerus, Scholæ Colditiensis olim Moderator, nobis exhibet sequenti disticho:

Quòd DEUS est, constat: quòd & est essentia is unus,
Personistrinus, littera sacra docet.

THESIS II.

DEVS (1) ratione essentia est essentia Spiritualis, intelligens, æterna, verax, bona, pura, iusta, misericors, liberrima, immensæ potentia & sapientia.

Ex. Theol.

§. 1.

A

fferitur hac in thesi aliqualis Dei descriptio, quia perfecta eius definitio, quæ genere & differentia specifica propriè sic dictis constat, à nobis dari nequit. Et quidem genus propriè dictum DEVS non habet, illud enim cum speciebus & individuis suis multiplicatur; nec conceptum objectivè univocum cum ullo ente alio communem habet, nec differentia specifica propriè dicta eidem tribui potest, quæ ex Aristotele 6 Topic. 6. 9. 14. neque includit speciem, quam constituit; nec etiam genus illius speciei sed aliquid præter genus & speciem est, hac autem ratione aliquid poneretur

DEVS ratione Essentia

retur in DEO, quod non esset ipse DEVS. Insuper DEVS nec inferiora habet, quia manet Ens singulare, cujus tres personæ non possunt vocari tria individua, cum in una numero, sed communicabili essentia subsistant. Præterea DEVS *Φῶς ἀπερίσσιτον*, sive *lumen inaccessum habitat*, 1. *Tim. VI. 16.* Imò infinitus ac incomprehensibilis est, adeoque uno conceptu adæquatè repræsentari, consequenter definiri nequit. Ut enim oceanus cochleari; ita tota DEI essentia angusta definitione comprehendi non potest. Ne nominare quidem, nedum numerare omnes DEI perfectiones valeamus, quomodo unâ omnes definitione coarctabimus? Unicâ omisâ, totam essentiam non expressisti. Si enim solo genere latere velis, ubi expressivus differentię splendor manebit? Et quadrat huc è testimoniis Patrum illud in primis, quod *Tertullianus* habet *lib. de Trinitate* quærens: *Quid de DEO digne aut dicas aut sentias, qui omnibus etiam sermonibus major est? qui & omni sublimitate sublimior, & altitudine omni altior, & profundo omni profundior, omni luce lucidior, omni pulchritudine pulchrior, majestate omni major, omnibus divitiis ditior, omni benignitate benignior, & omni bonitate melior.* Et *Justinus Martyr Protreptico ad gentes*: *Θεὸν νοῆσαι μὲν χαλεπὸν, Φεῖσαι δὲ ἀδύνατον.* Interea autem DEVM ex Scriptura describi posse nemo negat, veluti & hac in thesi à *Philippo Melancthon* adornatam ejus descriptionem aliqualem afferimus, cujus scriptum est DEVS, græcè *θεὸς*, cujus vocis *Damasceus* l. 1. *de orthodoxa fide* c. 12. tres affert non tam derivationes, quàm originationes vel potiùs allusiones. Deducit enim *Θεός* (1.) à verbo *θέειν*, currere, quod declarat per phrasin *περίεπειν τὰ σύμπαντα*, disponere universa. Idem docet *Plato* in *Cratylo*, citante *Περγασίου*. l. 1. *Eusebio*, homines DEOS vocasse *θεὸς ὁρῶντες πάντα αἰεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θεόντα*, videntes omnia in cælo, v. gr. Solem, Lunam, Stellas currentia, vel esse in perpetuo motu. Inde ab illa currendi natura *θεὸς* quasi *Cursor* nominarunt. Confer *Macrobius* lib. 1. *Saturnalius* cap. 23. Sed Christiani rectiùs dicerent, ideò DEVM ἀπὸ *θέειν* dici, quod omnibus accurrat, omnia ambiat, omnia in se complectatur. (2.) Ἀπὸ *θεῖν*, ab urendo, accendendo. DEVS enim est *πῦρ πᾶσαν κακίαν καταναλίσκον*, ignis omnem malitiam vel

vel vitiosos humores consumens, nativique caloris fons est. Vid. Nazianzenus Orat. 2. De Filio DEI. (3.) Ἀπὸ τῆς Θεᾶς ἀβ̄ intuendo vel contemplando, spectando. Ἀλάθητ' γὰρ ἐστὶ καὶ ἐπόπτης πάντων, ut idem Damascenus loqui amat, nihil illum latere potest, Ἔσ̄ omnium est Inspector, Θεατὴς πάντων, juxta Athanas. cernens Ἔσ̄ audiens omnia; Ἐθεάσατο γὰρ τὰ πάντα πρὶν γένεως αὐτῶν ἀχρόνως ἐννοήσας, καὶ ἕκαστον καὶ τὴν θελητικὴν αὐτῆς ἀχρόνον ἐννοιαν. Intuetur enim omnia, priusquam deducuntur ad ortum, intemporaliter intelligens unumquodq; secundum voluntariam ipsius intemporalē intelligentiam. Seposita jam impropria vocis DEI acceptione, quæ in Epistola Paulina nullibi occurrit, aliàs verò non ignota est, quando videlicet usurpatur vel de maledicta Diaboli arrogantia, qui 2. Cor. IV. 4. ὁ Θεὸς τῆς αἰῶν' τῆς τῆς, DEVS hujus seculi vocatur, & quidem vel metaphoricè secundum totius Ecclesiæ orthodoxæ oculum, D. Glassium Rhet. S. p. 217. Ut enim verus DEVS in credentibus suis regnum gratiæ administrat, Ἔσ̄ ab iis secundum verbum colitur; ita Satanas opera sua maligna efficit in incredulis, qui imperio, voluntati Ἔσ̄ seductioni ejus obediunt, Ephes. II. 3. Vel metonymicè juxta eundem Rhet. S. p. 62. non quòd Diabolus reverà DEVS sit, sed quia talem se vendit, Matth. IV. 9. Ἔσ̄ quia pro DEO ab idololatriis habetur, Ἔσ̄ colitur. Vel de Gentilium vanis profanisq; idolis, Act. VII. 43. Suscepistis tabernaculum Moloch, καὶ τὸ ἄστρον τῆς Θεᾶς ὑμῶν ῥεμφαν, Ἔσ̄ fidus DEI vestri Remphan. Quibus verbis idolo nomen DEI tribuitur, ex vana hominum æstimatione: Vel de turpi ventris ingluvie, quam multi amplexantur. Phil. III. 19. Ὡς ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, quorum DEVS venter, i. e. quorum summum Bonum, interprete Glassio, & omnis desiderii prora atq; puppis, est voluptas carnis & prospera fortuna in hoc seculo citra persecutiones ob Christi confessionem perferendas. De quibus idololatriis, Rom. XVI. 18. dicitur: δελέυσσι τῆς ἑαυτῶν κοιλίας, serviunt suo ventri, non Domino nostro Jesu Christo. Vel de Regibus Principibusq; mundanis, nec non omnibus gubernatoribus politicis, Job. X. 34. ego dixi, Θεοί ἐστε, Dii estis, quæ verba Salvator desumpsit ex Ps. LXXXII. 7. **Ⲕⲏⲗⲏ** **Ⲕⲏⲗⲏ** Dii vos, vel etiam de Ministris verbi, Cohel. V. 5. apud **LXX.**

LXX. ubi Θεὸς exprimens **יְהוָה** juxta glossam marginalem B.

Lutheri notat *Præconem verbi*, quod nomen DEI magistratibus atq; personis Ecclesiasticis analogicè tribuitur, quia in ipsis imago divinæ majestatis relucet. Seposita hac, inquam, impropria DEI significatione, eam in præsentī attendimus acceptionem, quam *κρείως* & *ιδίως* sive propriè habet, & quidem sæpissimè in nostra Epistola, in qua legitur non tantùm *κατασκευασίως*, accepta de singulis Deitatis personis quæ loca thesi sequenti III. allegabuntur, sed & *ἰσιωδῶς* de trium Personarum divinarum essentia, in seqq. locis, Rom. I. 1. 7. 10. 16. 17. 18. 19. (21. bis) 23. 24. 25. 26. (28. bis) 32. II. 2. 3. 4. 5. 11. 13. 16. 17. 23. 24. 29. III. 2. 3. 4. (5. bis) 6. 7. 11. 18. 19. 21. 23. 29. 30. IV. 2. 3. 6. 17. (20. bis) V. 2. VI. (13. bis) 17. 22. VII. 22. 25. VIII. (7. bis) 8. (14. bis) 19. 21. 28. IX. 6. 8. 11. 14. 16. 20. 22. 26. X. 1. 2. (3. bis) 17. XI. 1. (2. bis) 8. 21. 22. 23. 29. 30. 32. 33. XII. (1. bis) 2. 3. XIII. (1. bis) 2. 4. 6. XIV. 3. 4. (6. bis) 17. 20. 22. XV. 5. 9. 13. 15. 32. 33. XVI. 20. 26. 27. Vocabulo hoc Θεὸς hac in epistola toties occurrente in versione LXX. virali expressa leguntur nomina divina potiora, v g. **יְהוָה**

Potens, Fortis, Robustus, Validus, Magnificus. Ps. CXXXI. 2. 5. Es. LX. 16. **יְהוָה** Dominus, qui *πρώτως* & *εξόχως* DEVS, Nebem. X. 29.

יְהוָה DEVS fortis ac potens, penes quem est facultas faciendi aliquid, cujus potentia se latè extendit & exerit, Genes. XIV. 18. &c. **אלהים**, DEVS in Trinitate personarum, Genes. I. 1. & aliis locis quam plurimis **יה** Es. XXX. 1. quod pleriq; volunt esse dimidiatum ac decurtatum ex nomine **יהוה** alii verò primitivum esse

statuunt, quia cum nomine Jehovah conjungitur, Es. XII. 2. XXVI. 4. **קדוש** Sanctus, purus à vitiis, Amos. II. 7. **יְהוָה** uberrimus

cujus bonitas permeat universas Creaturas, dans illis Essentiam, vitam & motum, Num. XXIV. 4. 16. Es. XII. 6. Inter Synonyma Θεὸς ex Epistola nostra referimus non tantùm vocem *κρείως*, quæ itidem & personaliter in locis thesi III. adducendis, & essentialiter usurpatur in nostra Epistola, Rom. IV. 8. IX. 28. 29. *κρείως* **Σαβωθ**, X. 12.

X. 12. 13. 16. XI. 3. 34. XII. 19. XIV. (6. quater) (8. ter) XV. 11. XVI. 2. 8. 11. 12. 13. 22. Quod nomen *κρείς* unicum est, quo LXX. essentialia atq; ἀκοινώνητον DEI nomen, $\overline{\text{I}}\overline{\text{H}}\overline{\text{I}}$ exprimunt, excepto unico loco, *Prov. XXIX. 25.* ubi per *δυσπότῳ* reddiderunt, sed & τὸ ὄνομα τῷ Θεῷ ἢ κρείς, Nomen DEI aut Domini, quo DEVS & Dominus ipse metonymicè significatur, *Rom. I. 5. II. 24. IX. 17. X. 13. XV. 9.* Vid. *D. Glasbii Rhetor S. p. 75.* & nota verba *Flacii e parte 1. Clav. Script. col. 723.* ibi citata: *Cur tam crebrò ponatur nomen pro ipso DEO, dicunt Theologi, banc esse rationem, quia nos non simpliciter aut absolutè agnoscimus vel colimus DEVM, sed tantùm eatenus, quatenus se, in verbo ac Sacramentis suis patefecit, ad eaq. tùm se, tùm & cultores suos alligavit. Sic ergò additâ voce Nominis ad DEVM aut JESVM, indicari, nobis esse negotium cum DEO sic patefacto, illum nos celebrare, & ab eo omnem opem petere atq; expectare.*

§. 2. Evolutâ sic Etymologîâ, Homonymiâ & Synonymiâ vocabuli Θεῷ, quod nature potiùs, quàm officii, domini ac potestatis nomen est, quia iis, qui divinitus acceptam potestatem habent, tanquam φύσει Θεὸς τοῖς λεγομένοις, den Sag- Göttern *1. Cor. VIII. v. 5.* opponitur; quia itidem conjugata *θειότης Rom. I. 20. Θεότης Col. II. 9.* non respiciunt per se potestatem, sed divinitatem, h. e. divinam naturam, uti humanitas non humanam potentiam, sed naturam ac essentiam notat, ergò nec ipsorum concretum Θεὸς potestatem per se respicit: sequitur nunc in ordine evolvenda & ex Oraculis Romano-Paulinis probanda ipsa DEI descriptio, quæ constat conceptu communi ac proprio, per quos intelligimus descriptum aliquid esse & distingui ab aliis rebus. Illum exprimit ESSENTIA SPIRITUALIS, quæ conceptus communis de DEO & Creaturis dicitur, non tamen univocè, sed analogicè. Nam per prius & eminentissimo modò & independenter dicitur de DEO: de Creaturis autem per posterius & non sine imperfectione & dependenter. Conceptum hunc eundem Epistola nostra nobis monstrat, *Rom. IX. 5.* ubi Filius DEI secundum suam divinam naturam, quam cum Patre & Spiritu S unam eandemq; habet, dicitur ὢν, scil. ὁ ὢν, ὅτι πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας, ἀμήν, qui est super omnia benedictus in secula, amen. Quæ descriptio est veri DEI, supra quoq; *Rom. I. 25.* Qui autem est ὁ ὢν, ille etiam habet εἰσία, quæ ipsa DEI εἰσία, *Rom. I. 20.* dicitur *θειότης*, divinitas, imò quoties nomen *κρείς* de vero DEO

D

hae

hac in Epistola legimus, toties nobis constat, DEVM esse essen-
tiam, quia vox *κρείς* respondet nomini hebræo *יְהוָה*, quod non
malè à quibusdam vertitur *αυτοὺν*, selbst-wesicht / *αυταυτὸς*, quod
admirabili ambitu significatus nomen Scaliger se cogitasse ait,
Exercit. 365. sect. 2. Vel, uti à B. Dn. Scherzero olim in Collegiis no-
men hoc explicabatur, *essentia essentialissima, essentia essentialis, vel*
talis essentialis, qui habet meram essentiam αὐτὸν πὲν πλάγ & ἑσίας ἀπει-
ρον καὶ ἀόριστον, ipsum esse, veluti quoddam pelagus substantie infinitum &
interminatum. Uti loquitur *Nanzianzenus Orat. 38. & Damascenus de*
Orth. Fid. lib. I. c. 2. IV. 12. qui est *αὐτὸς ὁ αὐτός, παντὸς ὁ παρὸν, ἀπει-
ρήσιος*. Ex hoc nomine *יְהוָה* in Neutrum mutato *Justin. in Orat.*
ad Gentiles, T. 1. f. 61. Platonem suum τὸ ὄν defuisse putat. Ad
conceptum etiam communem referimus SPIRITUALITATEM,
quamvis hæc vox aliàs attributum DEI importet, h. l. tamen à
Philippo rectè ad conceptum communem DEI five latiore refer-
tur, cum & B. Gerardo T. 1. loc. *Comm. de Nat. DEI, §. 25.* po-
tius τὸ τί ἐστὶ DEI, quàm τὸ ποῖόν ἐξ αὐτοῦ exprimeret videatur. Esse au-
tem DEVM essentiam spirituales, quâ DEVS omnis corporeæ
molis expers est, probat Epistola nostra Paulina & ἀρνητικῶς & θετικῶς
(1) Ἀρνητικῶς, corpus ipsi DEO denegando, eumque per ἀσωμασία
à creaturis corporeis distinguendo, *Rom. I. 23.* Ubi ὁμοίωμα εἶκόν &
φθαρτὸν ἀνθρώπου, similitudo imaginis corruptibilis hominis, de DEO
negatur. Licet autem DEVS sub membris corporeis depingatur;
visio quidem pingitur non ipse. Neque ille propriis illis membris
constat, quibus repræsentatur. Quando verò S. Scriptura, tan-
quam nutrix, cum infantibus balbutiens, membra corporea ἀνθρώ-
ποπαδῶς DEO tribuit, θεοπαρτωδῶς illa sunt intelligenda, v. g. quan-
do *Rom. XVI. 20.* DEO pedes tribuuntur: Ὁ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης συντε-
λεῖ τὸν σατανᾶν ὑπὸ τὰς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει, DEVS verò pacis con-
teret Satanam sub pedes vestros brevi, per pedes DEI hic ἀνθρώποπαδῶς
ejus significatur operatio, in hostibus supplantandis, conterendis,
perdendis, idque in Ecclesia sua per verbum salvanda, quæ ipsa
locus pedum DEI dicitur, *Es. LX. 13.* quia quasi in ea ambulat, &
suam ipsi gratiam gloriamque exhibet. *vid. D. Glassium Rhet. S. p.*
115. (2) θετικῶς, *Rom. I. 4.* ubi itidem Christus secundum divinam
naturam, patriac S. Spiritui communem, vocatur πνεῦμα, Spiritus.
Uti

Uti enim v. præced. v. 3. *κατὰ σάρκα* de Christo dicitur *secundum humanam naturam*; ita v. 4. in oppositione *καὶ πνεῦμα* exprimit ejus divinam naturam, quo sensu & *Hebr. IX. 14. Πνεῦμα αἰώνιον* divinam Christi naturam notat. Hinc *B. D. Affelm. part. 1. Synt. p. 402.* hunc format canonem: *Quoties in Articulo de Christo caro & Spiritus sibi opponuntur, tunc Spiritus notat divinitatem & caro humanitatem.* Quem canonem in *Theologia Canonica p. 119.* egregiè explicat *B. D. Mæbius.* Nec obstat, quod l. c. *πνεῦμα ἀγιωσύνης*, *Spiritus Sanctificationis seu sanctificans* dicatur, quia *Christus קדוש קדוש sanctus sanctorum* dicitur *Dan. IX. 24. τὸ ἅγιον* sanctum, quod ex Maria nascetur, *Luc. I. 35.* & divina ejus natura Patri & SS. communis est essentia spiritualis sancta & sanctificans.

§. 3. Ea, quæ ex conceptu DEI quidditativo fluunt, vulgò appellantur *attributa*: quæ quidem in DEO non sunt res ab ejus essentia distinctæ; sed ipsa ejus essentia; à nobis tamen hominibus concipiuntur, ut distinctæ ab essentia, & differentes inter sese. Qui verò mentis nostræ conceptus non est nuda ejus fictio, sed aliquod fundamentum habet in re. Essentiam enim concipimus ut id, quod DEO competit primariò & immediatè, ita ut ejus ratio à priori dari non possit; *Attributa* verò, ut id, quod DEO competit secundariò & mediatè, ita ut eorum ratio à priori dari possit, cur insint. Horum attributorum decem hac in thesi recensentur, & sunt: (1.) *Intellectus*, (2.) *Æternitas*, (3.) *Veracitas*, (4.) *Bonitas*, (5.) *Puritas*, (6.) *Justitia*, (7.) *Misericordia*, (8.) *Voluntatis libertas*, (9.) *Immensa potentia* & (10.) *Sapientia*. Quæ singula ordine videbimus. Primum horum est **INTELLECTUS**. *Quæstio-* Intelligens
num, quæ de DEO sunt, nobilissimam censet *Averroës*, quæ quærit, *quid DEVS intelligat*, in *XII. Metaph. t. 51.* Spiritus perfectissimi vita est perfectissima, at vita perfectissima est intellectus. Unde DEUS dicitur *Θεὸς ζῶν*, *DEVS vivens*, *Rom. IX. 26.* quique aliis vitam dat, audiens id propter *Θεὸς ὁ ζωοποιῶν*, *DEUS vivificans*, *Rom. IV. 17.* Vita autem Spiritus & intellectualis duobus quasi gradibus, *intellectu* & *voluntate*, juxta nostrum concipiendi modum ac ordinem comprehenditur. De voluntate infra §. 10. *Intellectus* quòd DEO competat, hic probamus, quia *καὶ σοφίαν καὶ γνῶσιν* habet, *Rom. XI. 33.* Cujus Sapientiæ ac cognitionis in

DEI intellectu tanta copia atque abundantia, ut Apostolus eam vocet *πλῆτο*, divitias Sapientiae ac cognitionis, veluti Col. II. 3. hae divitiae vocantur *οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως*; imò *βάθ* eisdem tribuit Apostolus, significans, abforberi tandem rationem hominis, si sibi speculationibus istis nimium indulgeat. Nec frustra est, quod haec verba admirationis plena insigni exclamationis nota praemissa efferantur: *ὡ βάθ* *πλῆτος καὶ σοφίας καὶ γνώσεως*! O profunditatem divitiarum & sapientiae cognitionis DEI!

Aeterna,

§. 4. AETERNITAS DEI est interminabilis divinae essentiae permanentia, quae DEVS initio, successione sineque carens solus aeternus est, ac propterea Rom. XVI. 26. *ὁ αἰώνιος θεός*, aeternus DEVS dicitur, uti apud Hebraeos *אֱלֹהֵינוּ לְעוֹלָם* Gen. XXI. 33.

ejusque potentia & divinitas *αἰδίο* sive aeterna vocantur, Rom. I. 20. quique est *θεός εὐλογητός εἰς τὰς αἰῶνας*, DEVS benedictus in secula, Rom. I. 25. IX. 5. cui debetur *δόξα εἰς τὰς αἰῶνας*, Rom. XI. 36. Ad hoc DEI attributum referimus etiam DEI *ἀφθαρσίαν*, incorruptibilitatem, a qua ipse appellatur *ὁ ἀφθαρτός θεός*, incorruptibilis Deus, Rom. I. 33. collat. cum I. Tim. I. 17.

Verax,

§. 5. VERACITAS DEI sinceritatem in verbis & factis; VERITAS verò fidem & constantiam divinam comprehendit. Utramque hanc in DEO esse, *διαρρήδην* Epistola nostra probat. Et quidem, quòd DEVS sit verax, fallere ac mentiri nescius, docet Paulus Rom. III. 4. inquit: *γινέσθω ὁ θεός ἀληθής, πᾶς ὁ ἀνθρώπος ψεύστης*, esto DEVS verax, omnis autem hominem mendax, in quo dicto Apostolus non tantum de Physica, sed & Ethica veritate loquitur. Illa est, quae verum opponitur omni, quod vel plane non est, vel vanum est & instabile. Unde res habentes tantum externam speciem, sine interna vera ac solida bonitate aut stabilitate, dicuntur mendaces. Sic formositas mulierum dicitur esse mendacium, Prov. XXXI. 30. Haec verò est, qua verum dicitur id, quod & cum mente convenit & praestatur in promissis, sive, Ethica veritas est & in verbis & in factis praestandis Hoc modo omnia DEI verba dicuntur veritas, 2. Sam. VII. 28 Sermo tuus veritas Job. XII. 17. Impossibile est DEUM mentiri. Ebr. VI. 18. Num. XXIII. 19. Deus est veritas sine fallacia, Bonitas sine malitia, Felicitas

licitas sine miseria. Prosper, in Sent. In promissis DEI nulla est falsitas, quia nulla in præstandis difficultas, Fulgent. l. 1. Et duplici hoc modo DEVS ἀληθής, Verus & Verax est, imò ipsa veritas, ut qui solus immutabilis manet, & promissa servat, & servare potens est. Cæterum hæc verba, DEVM veracem esse, non in Scriptura V. T. quidem formaliter habentur; sed Paulus tamen rectissimè ex opposito, *omnis homo mendax*, quod in Scriptura expressè habetur, elicit, & expressè ponere voluit. Certè verba Psalmi CXVI. 11. *ego dixi in trepidatione mea, omnis homo mendax*, oppositum suum includunt, q. d. *ego dixi in trepidatione mea, omnis homo mendax, solus autem DEVS verax est, ideò illi confidam, & ab illo auxilium sperabo solo.* Ab hac veracitate DEVS etiam dicitur λόγον αὐτῆ συντελεῶν sermonem suum perficiens, h. e. præstans ea quoque, quæ de populi Israëlitici rejectione minatus erat, Rom. IX. 28. Et notabilis adhuc de DEI veracitate extat locus Rom. XV. 8. ubi Christus dicitur fuisse *minister circumcisionis ὑπὲρ ἀληθείας Θεῶν, pro veritate seu propter veritatem DEI*, ut ipso facto præstaret, quod Majoribus Judæorum erat promissum, Deut. XVIII. 15. Luc. I. 50. εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, ad confirmandas promissiones Patrum. Græcum βεβαιῶσαι in contractu emptionis idem est, ac præstare evictionem, & ostendere, se fuisse Dominum rei venditæ. Hinc in Jure βεβαιώσεως δίκην actio ob evictionem, ut scribit Budæus 746. Sic Christus evictionem præstitit, & re ipsa ostendit, se fuisse ἑξαρχὸν promissionum, quas Patres olim acceperunt. Chrysoft. exponit εἰς τὸ ἀληθεύσαι, ut veræ permanerent promissiones. Quid clarius de veracitate DEI dici poterat? Iisdem quoque Solis quasi radiis scripta est hac in Epistola DEI VERITAS sive fidelitas, Rom. III. 3. μή ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίσιν & Θεῶν καταργήσῃ; Num incredulitas illorum fidem DEI faciet irritam? Πίσις h. l. est veritas & constantia in promissis servandis, qua ratione fides & apud profanos accipitur. Cic. lib. 1. Offic. Fides est dictorum conventorumque constantia & veritas; sic dicta, quod stat. Et Photius apud Oecumenium ad h. l. p. 364. περὶ τὴν πίσιν intelligit τὸ πισὸν τῶν ὑποχρέσεων αὐτῶν, τὸ ἀληθές, τὸ ἀμετάθετον, fidelitatem promissionum ejus, veritatem, immutabilitatem.

Bona,

§. 6. BONITAS DEI, qua ipse πανάρετος, ἀητάγαθος, à se ipso & per seipsum summè bonus est. Describitur hæc in Epistola nostra, quando Paulus τὸ πλεόντων τὴ χρησότητη, divitias bonitatis DEO tribuit Rom. II. 5. ubi χρησότητι opponitur asperitati, sumta translatione à vino vetere, quod χρηστότερον Luc. V. 39. Confer Rom. XI. 22. De hac DEI bonitate testatur etiam ipsius τὸ θέλημα τὸ ἀγαθόν, voluntas bona, Rom. XII. 2. Et quadrat huc sententia Gregorii Nysseni, lib. I. de homine: Καλλίστον πάντων καὶ ἐξοχώτατον ἀγαθόν αὐτὸ, καὶ θεῖόν ἐστιν, Itemque Athanasii, lib. I. de Trinitate: Θεὸς ἔστι καὶ μετοχὴν ἀγαθότητος ἀγαθός, ἀλλ' αὐτὸς ἐστὶν ἀγαθότης, φύσις ὧν ἀγαθός. Ὁ δὲ ἀνθρώπος μετοχὴ ἀγαθότητος ἀγαθός. Et Damasceno lib. I. O. F. cap. 13. DEVS vocatur πηγὴ ἀγαθότητος. Verbo: DEVS summum bonum est, bonum ἀντικείμενον nullius indigum, ἠδιστον, vena omnis vite ac letitie, τελειότατον, in quo omnes creaturae perfectiones sunt, obj. εἶνὲ, ut in causa exemplari, eminenter ut in summa perfectione, imò & efficienter, ut in Autore: Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, quia ex ipso, & per ipsum & in ipsum omnia. Rom. XI. 36.

Pura,

§. 7. PLURITAS DEI, è vestigiò quasi DEI bonitatem sequitur. Nam uti præcedens attributum bonitatem DEI notat transcendentem vel entitativam; ita hoc bonitatem ejusdem respicit moralem, in utroque enim genere & entium & morum DEVS summè bonus est. Purus autem DEVS dicitur, quòd à malis affectibus sit alienissimus, quibus non tantum non est obnoxius, sed omnes eos quoque damnat, nec in creaturis vult aut efficit; Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσεβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, Revelatur enim ira DEI de cælo super omnem impietatem & injustitiam hominum, Rom. I. 18.

Justa,

§. 8. JUSTITIA DEI, secundum quam ipse justus, justusque retributor boni & ultor mali dicitur, est vel universalis vel particularis. Illa est rectitudo divinæ voluntatis immutabilis, juxta quam DEVS hoc Universum gubernare constituit, eademque fons legis naturæ, civilis omnisque honesti, cui DEVS contraire nec vult, nec potest. Ageret enim aliàs contra se ipsum, cum lex æterna DEVS ipse, & ipse DEVS sibi lex sit. Hæc verò
Justi-

Justitia particularis DEO competit, non quidem in eo rigore, quo accipitur à Philosophis, prout est constans ac perpetua voluntas suum cuique tribuendi, & distribuitur in commutativam, qua suum cuiuslibet tribuitur secundum proportionem arithmeticam, & in distributivam, qua suum cuique jus tribuitur proportionem geometricam; Nam homini ad DEVM nullum convenit jus, quod, vi justitiæ divinæ, alterutra proportionem tribui ipsi debeat, τίς γάρ ποτέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; quis enim prius dedit ei, ut vicissim reddatur ipsi? Rom. XI. 35. καὶ ἐκ ἄξια τὰ παθήματα ἔγνων καὶ εἰς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαληθῆναι εἰς ἡμᾶς, nec dignæ sunt passionis presentis temporis respectu gloria, quæ futura est, ut reveletur in nos, Rom. VIII. 18. Sed in quantum denotat reëctitudinem voluntatis qua juxta merita, præmia vel pœnas dispensat: ἔγνων γὰρ ἐστὶν προσωπολήψια ὡς εἰς τῷ Θεῷ, non enim est acceptio personarum apud DEVM, Rom. II. 11. Μὴ ἀδικῶ ὁ Θεός; Num injustus est DEVS? Rom. III. 5. quæ interrogatio absolutè negat, uti explicatur Rom. IX. 14. μὴ ἀδικία ὡς εἰς τῷ Θεῷ; Num injustitia est apud DEVM? & subjicitur: μὴ γένοιτο! quæ formula juxta Chrysostomum & Oecumenium adhibetur ἐπὶ τῶν σφόδρα ὁμολογούμενων ἀτόπων, in rebus manifestè ἔ supra modum absurdis, vid. D. Glassi Rhet. S. p. 554. In specie autem DEO tribuitur justitia distributiva præmiorum sive remuneratrix, vel, uti ab aliis vocatur, præmiativa. Dabit enim DEVS τοῖς μὲν κατ' ἰσομοιήν ἔργα ἀγαθὰ ἔ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητῶσι ζωὴν αἰώνιον, iis quidem, qui juxta patientiam boni operis gloriam ἔ honorem, ἔ incorruptibilitatem item querunt, vitam æternam. Itemque suppliciorum, sive vindicatrix & punitiva, quia in DEO dicitur esse δικαίωμα, id est, jus, quo dignos morte statuit peccata patrantes, Rom. I. 32 II. 4. de quibus locis qui ampliores sinit crateras, adeat D. Calovium, Theolog. 4. st. Rom. orac. XIII. p. 42. Quia porro in DEO dicuntur esse δικαιοσύνη, i. e. justum judicium, quod peccatoribus debitas pœnas infligit, Rom. II. 5. quia insuper finis cruentæ mortis Dominicæ dicitur gemina vice ἐνδειξις τῆς δικαιοσύνης ἔ Θεῷ, demonstratio justitiæ DEI, Rom. 25. 26. ubi cum B. D. Hunnio. D. Runigio, ἔ D. Balduino intelligimus justitiam vindicativam, cui pro homi-

homi-

hominibus satisfaciendum fuit, & quam DEVS ostendit in passione Christi, dum & à Filio suo tanquam sponfore satisfactionem requisivit & accepit; in quam sententiam etiam consentit *D. Gerbardus h. l. & D. Sebastian Schmidius: p. 285.* Quia denique DEVS ipse hanc ἀνταποδοτικὴν justitiam sibi tribuit, *Rom. XII. v. 19. Ἐμοὶ ἐκδίκησις. Ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος, Mibi vindicta. Ego reddam, dicit Dominus.*

Misericors,

§. 9. MISERICORDIA DEI est gratiosissima voluntatis divinæ propensio, quæ Deo cordi est miseria hominis, eandemque benevolè sublevatam cupit. De hac DEI misericordia testatur ὁ πλῆτος τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας, divitiæ patientiæ & longanimitatis, quas Apostolus DEO tribuit, *Rom. II. 4.* Ob hanc suam misericordiam DEVS laudatur à Gentibus *Rom. XV. 9.* Imò hæc DEI misericordia omnium maxima est. Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τὰς πάντας εἰς ἀπίθειαν, ἵνα τὰς πάντας ἐλεήσει, Concluserit enim DEVS omnes in incredulitatem, ut omnium miseretur, *Rom. XI. 32.* Quare major est DEI misericordia, quam nostra miseria, uti loquitur Autor libri de Sp. & An. c. VI. inter Opera Augustini Tom. III, fol. 854. Et DEVS ipse misericors de se dicit *Rom. IX. 15. Ἐλεήσω, ὃν ἀν' ἐλεῶ καὶ οἰκτιρήσω, ὃν εἰκτείρω, Miserebor, cuius miserebor, & commiserebor, cuius commisereor.* Ad quem locum ita *Balduinus: Hæc verba simpliciter nos in operibus gratiæ ab omni hominum merito, ad primum beneficiorum divinorum fontem remittunt, nimirum ad gratuitam misericordiam DEI, quasi diceret, si cui aliquid de rigore justitiæ meæ remitto, utiq; nullo ipsius merito facio, sed solâ meâ misericordiâ adductus. Ex mera enim misericordia ipsum prædestinavi ad gloriam: ex mera etiam misericordia vocavi ad gratiam: ex mera deniq; misericordia daturus sum gratiam & gloriam: quem sensum horum verborum ostendit sequens Apostoli versiculus: igitur non est volentis, neq; currentis, sed miserentis DEI v. 16. hoc est, DEVS non vota & optata nostra, studia aut conatus, non merita aut opera curriculum nostri respicit, sed ex solo suo gratuite misericordiæ beneplacito benefacit. Hactenus Balduinus, præterea & οἰκτιροὶ *Rom. XII. 1.* DEO tribuuntur, qui pluralis emphasin immensæ DEI misericordiæ innuit, à qua etiam *2. Cor. I. 3. DEVS dicitur ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρωῶν, Pater ille miserationum, h. e. summè misericors. Hebræis Ps. LI. 2, Es. LXIII. 15, Dan. II. 18.**

IX.

IX. 9. Of. XI. 19. *δυσπρημοὶ* vocantur **וְדַמְיָן** viscera misericordie, visceralis misericordia, commiserationes ex intimis visceribus proficiscentes, à rad. **וְדַמְיָן** intra viscera introclufit, queis summum amoris affectum DEVS indidit. Intimo commiserationis affectu complexus est, quo scil. **וְדַמְיָן** uterus fœtum concipere, complecti fovere, alere, tueri & conservare solet, vid. *Conradum Kacherum in concord. Græc. V. T. p. 1666.*

§. 10. VOLUNTATIS LIBERTAS DEO tribuitur, quod Liberrima, non ex necessitate naturæ, sed liberè vult præter se omnia, quæcunque vult, ita ut eadem possit & non velle, atque indifferens sit ad volendum hoc aut aliud, ad aliter atque aliter volendum. Vult enim DEVS tum se, tum creaturas in quantum rationem boni habent, modò tamen diverò. Se ipsum suamq; bonitatem vult & amat per modum finis necessariò & naturaliter, quæ voluntas DEI de seipso ad intra naturalis est DEO, & simpliciter necessaria, qua DEVS se & proprietates suas prorsus necessariò vult, non liberè, ut non possit non velle, aut aliter atque aliter velle, quod non derogat vel omnipotentix vel beatitudini divinæ, sed perfectionem & immutabilitatem DEI arguit. Creaturas autem & illarum bonitatem propter se & velut media libertate vult, ita ut eas possit non velle & amare, & hæc libertas voluntati divinæ convenit ad extra; omnia enim alia extra se DEVS vult liberè, ita ut possit etiam non velle. Pertinet itaque libertas ad voluntatem DEI non simpliciter, sed quæ refertur ad alia extra se. Ratio igitur, cur aliqua amamus liberè, hæc est, quòd illorum bonitas finita & cum defectu alterius cujusdam bonitatis conjuncta est, indeque facile patet, cur DEVS se necessariò, creaturas verò liberè velit. Et hinc est, quod Theologi voluntatem DEI in naturalem & liberam distinguunt, vid. *D. Calov. Tom. II. System. Theol. MSS. loco de DEO, thesi 24.* Modus autem concipiendi humanus discriminat inter voluntatem occultam, Rom. XI. 34. *Τίς ᾗ ἐγνώσκει τὴν νοεῖα*, quis enim mentem Domini cognovit? quam rimando penetrare ne tentemus: Et voluntatem revelatam, Job. VI 40, quæ ad salutem sufficit, nec arcana contradicit, quia DEVS est verax, uti supra §. 5. probatum. Secundo inter voluntatem absolutam seu
E irrefi-

irresistibilem, Rom. IX. 19. τῷ βελημάτι αὐτῶ τὶς ἀνθέστηκε; voluntati Ejus quis restiterit? & ordinatam sive conditionatam, non nisi impleta conditione, cui malitia humana resistit & obicem ponit, Luc. VII. 30. Matth. XXIII. 37. Act. VII. 51. adimplendam. Tertio in antecedentem seu misericordiam, primam & universalem, & consequentem sive justitiam, secundam & partialem, Rom. IV. 27. Quarto in impeditam & non impeditam voluntatem. Sic voluntate efficaci DEVS volebat conversionem Judæorum, sed quia οὐκ ἔκ πίστεως, ἀλλ' ἐξ ἔργων νόμου, non ex fide, sed quasi ex operibus legis justitiam quærebant, impederunt hanc DEI voluntatem. Sed plura de hac DEI voluntate, εἰάν ὁ κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, Jac. IV. 15. vel, ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ, Rom. I. 10. in loco de Prædestinatione dicturi sumus

Immensæ
Potentiæ, §. 11. IMMENSA POTENTIA in DEO nihil aliud est quam omnipotentia. Immensitas equidem aliàs peculiare DEI attributum est, secundum quam DEVS nullis locorum terminis contineri aut mensurari ejus essentia potest. Et hoc ab infinitate differt, quòd illa, ut dictum, terminos sive fines locorum; hæc verò fines vel terminos essentia neget. Hiis verò locis quando DEVS dicitur immensæ potentia & in sequenti §. 12. immensæ Sapientia latè accipitur, prout immensum idem est, quod infinitum, & Deum essentia immensa & sapientia idem est ac ipsum esse infinitè potentem sive omnipotentem ac infinitè sapientem sive omnisapientem. Est autem potentia DEI vel ordinata vel absoluta. Illam DEVS ipse ex libertate ad certa objecta certumque ordinem limitavit: Hæc est attributum DEI ex divina natura necessitate fluens, secundum quod producere potest omnia, quæ à DEO fieri non implicant, sive, quæ, si fierent, perfectioni divina non repugnarent, & ex DEO non DEVM facerent. Hanc absolutam, immensam potentiam sive omnipotentiam appellamus, quæ probatur seqq. dictis: Rom. I. v. 20. ubi potentia DEI vocatur αἰδὼς αὐτῆς δυνάμεις, eterna ejus potentia, B. Luth. Seine ewige Allmächtigkeit / quia δυνάμεις θεοῦ, DEI potentia non est alia, quàm omnipotentia quæ etiam non tantum ad mortuos, ut vivificentur, sed & ad τὰ μὴ ὄντα, ut fierent ὡς ὄντα, se extendit, Rom. IV. 17. Imò ad omnes promissiones

nes

nes DEI, ὁ γὰρ ἐπήγγελται, δυνατὸς ἐστὶ καὶ ποιῆσαι, quidquid promi-
sit DEVS, potest etiam facere, v. 21. veluti & δυνατὸς est, rursus in-
serere excisos ramos in oleam, Rom. XI. 23. & δυνατὸς est, servum
cadentem iterum erigere, Rom. XIV. 4.

§. 12. IMMENSA DEI SAPIENTIA, uti in præcedenti §. & Sapien-
dictum est, notat ejusdem omniscientiam, quæ ab omniscien-
tia distinguitur, Rom. XI. 34. ubi καὶ σοφίας καὶ γνώσεως DEI men-
tio fit, collat. cum Col. II. 3. Illa est attributum DEI absolutum, hæc
relativum: illa concipitur à nobis per modum habitus, hæc per
modum actus: illa hanc complectitur, & juxta præscientiam
omnia ὁρῶνς ponit. Est autem μόνος σοφὸς Θεός, solus sapiens
DEVS, Rom. XVI. 27. scilicet essentialiter à seipso summè, perfe-
ctè, immutabiliter, in omnibus. Ejus sapientia est impervesti-
gabilis, nec indiget Consiliario, ὡς ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, τίς
σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο, quam impervestigabiles viæ ejus, quis Consi-
liarius ejus fuit? Rom. XI. 33. 34. Ab hac Sapientia DEVS dicitur
ἐρευνῶν τὰς καρδίας, scrutans corda, ad cordis usque intima sua
scientia penetrans. Hæc Sapientia DEI singulariter elucet non
tantum ex opere Creationis, Rom. XI. 36. sed vel maximè ex
opere redemptionis, & admirabili justitiæ ac misericordiæ, dum
δωρεάν quidem, sed tamen εἰς ἐνδειξιν τῆς δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ, Rom.
III. 24. 25. 26. Ut scilicet DEVS & misericors & justus esset, sal-
vamus, temperamentò. Prolixam hanc thesios H. ἐκθεσιν bre-
vi ac rotundo tetrasticho complexus est Poëta noster Christianus
sequenti:

Quid DEVS est? essentia Spiritualis

Omnia cognoscens, intima sensa quoque.

Æterna est, verax, bona puraq; castaq;, clemens,

Liberè agens, sapiens, mirificeq; potens.

E 2

THE.

DEVS in Effentia Unus (2) ratione
PERSONARVM, TRINVS est,
& dicitur PATER gignens Fi-
lium; FILIVS ex Patris Effentia
ab æterno genitus, ac missus in
tempore in carnem, ut Redem-
ptionis opus perficeret; & SPI-
RITVS SANCTVS à Patre &
Filio ab æterno procedens, qui &
in tempore ab utroq; mittitur in
corda credentium, ut ea sanctifi-
cet per verbum & Sacramenta,
Quarum trium Personarum una
est Divinitas, æqualis Gloria & co-
æterna Majestas.

Ex Genesis.

DEVS. §. 1. **D**EVS, ut in essentia unus, ita & in Personis trinus est, sic ut quælibet quoque Personarum DEVS dicatur, quæ *personalis* vocabuli *Θεός* acceptio, & in Epistola nostra Paulina non infrequens est, uti patet ex inspectione locorum, Rom. 1. 4. 7. 8. 9. III. 22. 25. 26. V. 1.

V. 1. 5. 8. 10. 11. 15. VI. 10. 11. 23. VII. 4. 25. VIII. 3. 9. 16. 17. 27. 31. (33. bis.) 34. 39. IX. 5. X. 9. XIV. 11. 12. 18. XV. 6. 7. 8. 16. 17. 19. 30. Nec minus alterum DEI *συνώνυμον*, κίε, aliquoties personaliter occurrit de Filio DEI, Rom. 1. 4. 7. IV. 24. V. 1. 11. 21. XI. 11. 23. VI. 25. IX. 39. X. 9. XIII. 14. XIV. 11. 14. XV. 6. 30. XVI. 18. 10. 24. Antequam verò hinc ad ulteriorem Theseos nostræ ex Oraculis Paulinis probationem deveniamus, commodam hic nacti occasionem breviter explicaturi sumus terminos, quibus in nostra thesi è Compendio Hutteriano, & è libris Ecclesiarum nostrarum Symbolicis, imprimis ex Augustanæ Confessionis Art. 1. utimur, terminos scil. *Essentia*, *Personarum* & *Trinitatis*, quorum in explicatione Daduchos Ecclesiæ nostræ incomparabiles, B. D. Carpzovium in *Isagoge sua*, itemque B. D. Heerbrandum in *Compendio Theologie method. questionibus tractato* præ cæteris sequemur. Quod igitur concernit vocabulum *Essentia* sive *ὄσις*, illud equidem de DEO usurpatum in abstracto *ἀγροφ* est, licet aliàs *ὄσις* vox legatur Luc. XV. 12. 13 quia tamen Veteres concretum vocabulum *ὄσις*, in Scriptura nostra Paulina, Rom. IX. 5. collat cum Apoc. 1. 8. IV. 8. & Exod. III. 14. VI. 3.prehenderunt, inde abstractum formarunt, & ad Mysterium hoc accommodarunt: igitur meritò vocabulum hoc quoque retinere voluerunt Protestantes. Intellexerunt autem per istud non nomen universale, prout Philosophi essentiam humanam nominant, quæ per se non existit, sed cogitatione tantùm intelligitur ac intellectu comprehenditur; sed naturam divinam reverà & extra nostrum conceptum existentem, quæ communicabilis est, & communis tribus personis Patri, Filio ac Spiritui S. ac tota in singulis est, non ut Genus in specie, vel ut species in individuis, sed alio quodam vel ineffabili modò. Hæc Essentia dicitur Una, at quomodo Unitas hæc à nobis concipi debeat, supra thesi I. § 9. notatum fuit.

in Essen-
tia unus

§. 2. *Persona* græcè dicitur *ὕποστασις*, quæ vox sumitur vel materialiter & concretè, pro essentia & proprietate Personali simul, quæ in Patre est *τὸ γεννᾶν*, in Filio *τὸ γεννᾶσθαι*, in Spiritu S. *τὸ ἐκπορεύεσθαι*, qua ratione *Persona* Essentiæ loquimur ut possumus) dicitur superaddere Proprietatem aliquam h. e. aliquid, seu aliquem modum, quem Græci *τρόπον ὑπαρξεως* appellitant,

ratione
Personarū,

ratione cuius fiat incommunicabilis, & una Persona ab altera re-
 ipsa necessariò distinguatur, quò sensu à Philippo & aliis passim
 dicitur *substantia*, & habetur *πρω̄ς* Hebr. I. 3. vel *formaliter* & *ab-*
stractè, pro ipsa addita proprietate præcisè, quam præter essentiam,
 (ut sic denuò nostro intelligendi modo loquamur) significat, &
 hac in significatione Ecclesiastica vox *οῡσιας* non est *οῡσια*,
 sed aliunde desumpta ex loquendi necessitate, propter errores & insidias
 hereticorum, uti liquitur *Augustinus*. Sic dicimus, Tres esse
 Personas, h. e. unam numero divinam Essentiam subsistere in
 tribus proprietatibus personalibus. Nam licet qualibet persona
 sit essentia divina: non tamen Tres Personæ possunt vel debent
 dici tres essentia divinx; quemadmodum nec tres existentia re-
 lativa realiter inter se distincta, ut *Suarez* putat *Comment. in part.*
III. Thomæ Tom. I. Disp. II. sect. 2. Confer hic omninò *B. D. Chem-*
nitium, Tom. I. LL. Theolog. p. m. 41. b. & supra laudatum *Wein-*
mannum l. c. p. 84. Hinc, quod *B. Carpzovius* observat l. c. p. 140.
 in I. & II. Seculo non quidem planè vocabulum *οῡσιας* ignora-
 batur (quod ex *Socrate* l. 3. c. 5. f. 234. *Sozomen.* l. 5. c. 11 fol.
 502. *Hist. Tripart.* l. 6. c. 20 21. fol. 91. quidem constat) sed ta-
 men (1) non ita frequens fuit; nec (2) ab *οῡσιας* vocabulo satis
 distinctum, sicut *B. Gerhardus* in *Exeg. Loci de Trinit. §. 56. p. 975.*
 ostendit. Postea verò quando *Noëtus* circa trium Personarum
 reale discrimen in III. Seculo hæresin suam moverat, tunc vocabu-
 lum hoc olim à nonnullis privatim antea usurpatum, etiam publi-
 cè receptum fuit, & ab *οῡσια* distinctum. Et Græci quidem *tres by-*
postases dixerunt, Latini verò *tres personas*. Negari quidem non
 potest, vocabulum Latinum personæ initio Græcos offendisse, qui
 putarunt, illo non nisi diversum respectum ac relationem, di-
 versum item munus ac officium significari. Verùm rectiùs post-
 ea è Latinis edocti, vocabulum Personæ improprie quidem ejus-
 modi respectum & relationem denotare, proprie verò naturam
 intellectualem per se subsistentem significare, admiserunt istud,
 ut pariter *τρια προσω̄τα* in divinis, sicut Latini *tres Personas* dice-
 rent, quo significatu, quem in hoc articulo obtinet vox
προσω̄πικ five personæ, in Scripturis non invenitur, nisi
 2. Cor. II. 11. Alioquin ferè externam speciem, dignitatem, no-
 men

men aut etiam alias aliquas dignitates notat. Hinc latinis dicebantur Personæ illæ larvæ quas sibi comædiarum aderes imponebant, simulantes jam senem, jam juvenem, jam Regem, jam mulierem; eò quòd per illam suam vocem sonabant aut edebant. Inde porrò factum est, ut etiam ipsi Actores Personæ sint dicti, imò tota externa illorum species. Et hæc ambiguitas vocabuli Personæ etiam causa fuit, quòd majores nostri de proprio vocabuli hujus significatu in Artic. I August. Confess. cavere voluerunt. Non enim Personæ definitionem tradiderunt, sed tantùm vocabulum hoc à sua ambiguitate liberarunt, dicentes illud in sensu Ecclesiastico significare non partem aut qualitatem in alio, sed quòd propriè subsistit. Et laudatus Heerbrandus l. c. p. 59, ex Aug. stino de Trinit. l. 7. c. 4. hæc adfert verba: Licuit loquendi & disputandi necessitate, tres personas dicere: non quia Scriptura dicit, sed quia Scriptura non contradicit. Ut aliquo modo cum quaeritur quid tres? respondendo, Personæ: intelligatur quid sit? Quænam autem in orthodoxorum Scholis Personæ definitio sit, exponunt Theologorum Systemata, imprimis B. Chemnitii, B. Scherzeri, aliorumque, quibus Persona est ἰσισάμενον, sive subsistens intelligens & volens.

§. 3. Insuper nec Trinitatis, Græcè τετράς & nomen totidem Trinus est, literis ac syllabis expressè in Scriptura habetur; satis tamen evidenter exinde educitur ex *Matt. XXV II. 19.* *I. Joh. V. 7.* & semper etiam ab antiquissimis Ecclesiæ Scriptoribus usurpatum legitur. Sic Justinus in expositione fidei loquitur: *μονὰς ἐν τετράδι καὶ τετράς ἐν μονάδι.* Ac ibidem iterum: *ἐν τῇ τετράδι μονὰς, καὶ ἐν μονάδι τετράς, μία θεότης πατρὸς καὶ υἱῶ καὶ ἀγίῳ πνεύματι.* Rursum in Anomæis, *μία θεότης ἐν ἐνὶ ὀνόματι τετράδι ἀειθμεμένη.* Quam invisum autem τετράδομαχος sive Antitrinitariis hoc Trinitatis vocaculum sit, etiam ex *Hieron. G. 1. & Comm. ad versum 2. Joh. I. fol. 851.* patet, ubi disputat, vocabulum hoc Trinitatis non à primis Christianis usurpatum, sed ex Platonicis Scriptoribus sensu nonnihil immutato desumptum fuisse, atq; ita pollicem premit Socino in Defensione Animad p. 1. & aliis Fatanicis. Verùm Athanasius ipso hoc ἔγρημα jam olim in expositione Symboli & Orat. 2. contra Arrianos diluit atq; ostendit, vocabulum hoc non

non

non ex Platoniorum Scriptis, sed ex phrasi Apostolica Johannea c. X. *Evang.* v. 30. & *cap. V. Epist.* l. 7. fuisse derivatum per immutationem concreti in abstractum. Et notatu digna sunt verba *B. Hierbrandi* l. c. p. 57. seq. Utamur ea libertate, quam *DEVS* nobis concessit in creatione, qua hominem Dominum, sicut rerum omnium, quæ sunt in hoc mundo; ita etiam vocabulorum, constituit, Spiritu Sancto teste *Genes.* II. 19. Insuper, cum Paulus donum interpretationis in Ecclesia esse doceat, quæ tamen fidei sit analogæ, *Rom.* XII. 6. hæc verò aliis consistat vocabulis etiam, quàm quæ in Scriptura S. habentur: ideo tyrannis ista in Ecclesia libera ferenda non est, qua uti prohibemur vocabulis, quibus rerum natura, quæ in Scriptura S. continentur, exprimitur. Ac aliud agit Satan: Sublatis enim vocabulis propriis, res ipsas obscurare, tollere & evertere conatur. Nec tam vocabula, quàm res ipsas, iis contentas, odit. Sicut heretici ipsam rem, vocabulo Trinitatis, comprehensam, negant, blasphemio ore Trinitatem, h. e. Patrem, Filium ac Spiritum Sanctum, Cerberum tricipitem (*Φεῦ τῆς ἀσεβείας*, horresco referens) appellantes. Eodem modo Ariani vocabulum *ὁμοούσιον*, substantialis, ferre volebant. Sed *D. Ambrosius* lib. 3. de fide Cathol. 7. dicit: Non verbum *ὁμοούσιον*, sed vim verbi, fugiunt Ariani, quia nolunt verum esse *DEVM DEI Filium*.

§. 4. Sublime hoc & adorandum Trinitatis Mysterium, uti in Testamento utroque V. & N. revelatum extat; ita nec illud Epistola nostra Romano-Paulina ignorat, expressam trium *DEI*tatis Personarum conjunctim aliquoties in singulis versibus mentionem faciens, v. gr. *Rom.* II. 9. *Πνεῦμα Θεῶ ὀικεῖ ἐν ὑμῖν*, ei dē τις πνεῦμα χειρὸς οὐκ ἔχει, ἅτε οὐκ εἰσιν αὐτῶ. Spiritus *DEI* habitat in vobis, si verò quis Spiritum Christi non habet, non est ipsius. Quod dictum Triadologiaum infra hujus thesios §. 8. uberiùs explicabitur. *Cap. eod.* v. 11. *Τὸ πνεῦμα ἔγειραν τὸ Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οὐκ ἔστι ἐν ὑμῖν*, Spiritus ejus, qui resuscitavit Jesum ex mortuis, habitat in vobis. *Rom.* XI. 36. *Ἐξ αὐτῶ, καὶ δι' αὐτῶ, καὶ εἰς αὐτὸν, τὰ πάντα*, Ex ipso, & per ipsum & in ipsum omnia. In quo dicto ordinem Personarum SS. Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus S. ostendit ordo agendi, quem Scriptura per

per

per particulas διακειπκὰς indicat, *ex, per, in* nam omnia sunt ex Patre, sive ab ipso, 1. Cor. VIII. 6. per Filium, Job. I. 3. 10. 1. Cor. II. 6. Hebr. I. 2. in Spiritu S. 2. Theff II. 13. Ad quem locum B. Balduinus in Epist. II. ad Cor. XIII. p. 672. hæc annotat: *Ex Patre tanquam primo fonte DEltatis, per Filium tanquam omnipotentem Patris virtutem, in Spiritu S. tanquam causa movente & gubernante sunt omnia.* Illud tamen h. l. non reticendum, particulas illas sæpe permutari, sicut διὰ Patri, 1. Cor. I. 9. Rom. VI. 4. Ebr. II. 10. Filio ἐκ, Job. XVI. 15. ἐν Col. I. 14. 16. εἰς ibidem v. 16. ἐν Patri & Filio, Epist. Jude v. 1. tribuatur, qua ipsa permutatione ὁμοσίᾳ & ἰσότητι Personarum divinarum evidenter asseritur, & dignitatis inæqualitas excluditur, Rom. XV. 16. Εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη ἱερουργῶντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορά τῶν ἔθνων ἐν προσδεκτοῦ, ἡλιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ, *Ut ego sim minister JESU CHRISTI inter gentes, sacrificans Evangelium DEI, ut sit oblatio gentium per accepta, sanctificata in Spiritu S.* Cap. eod. v. 30. Παρακαλῶ ἡ ὑμᾶς ἀδελφοί, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, συναγωνίσασθε μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν, *Adhortor autem vos, fratres, per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, & per dilectionem Spiritus, ut concertetis mecum in precibus pro me ad DEVM.* Adde & vers. 19. hujus Cap. Sic in aliquot versibus iisque singulis Personarum Trinitas est ostensa, tum expressis nominibus, tum agendi characteribus. Eadem quoque Personarum Trinitas ex illis probari potest dictis, in quibus duarum tantum Personarum mentio injicitur, quibus expressè nominatis persona tertia non excluditur, sed includitur. Ut in exordio & clausula hujus nostræ Epistolæ ad Romanos, cap. I. 7. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Gratia vobis & pax à DEO, Patre nostro, & Domino JESU CHRISTO,* Rom. XVI. 27. Μόνῳ σοφῷ Θεῷ, ᾧ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ δόξα εἰς τὰς αἰῶνας. *Soli sapienti DEO per JESUM CHRISTUM gloria in secula.* Quare autem in his aliisque talismodi locis pluribus duæ tantummodo nominentur Personæ, causam affert B. Chemnitius, part. I. LL. p. 46. *Fieri hoc, inquiens, ut contestatum sit, tres Personas & totam Trinitatem esse unum verum DEVM, & unamquamque Personam*

perfectè & per omnia esse illum unicum verum DEVM. Quando enim Job. X. 30. Filius dicit: Ego & Pater unum sumus, non excluditur Spiritus S. quia 1. Job. III. 24. dicitur: Ex Spiritu scimus, quòd Pater & Filius manent in vobis, & 1. Job. V. 7. Hi tres unum sunt. Ita SS. Trinitas ex Epistola nostra κατὰσκευαστικῶς probata est; eadem nunc & ἀνασκευαστικῶς ex superius dato promisso ex eadem adstruenda est, quod fiet, si genuinum eorum dictorum vindicamus sensum, quibus Τεταδομάχοι ad negandam Trinitatem abuti solent, quod facit imprimis Crellius de uno DEO Patrel. I. sect. I. c. 6. qui è Rom. III. 30. Unus est DEUS, qui justificat, sic concludit: Si solus Pater unus DEI nomine intelligitur, solus Pater est summus ille DEVS, Ergò nec Filius nec Spiritus S. hoc nomine gaudent. Sed quid ad hoc respondendum sit, jam supra fuit allatum §. 9. Thef. I. Porro negantibus, Mysterium Trinitatis omnibus salvandis creditu esse necessarium, opponimus Rom. IIX. 9. Si quis Spiritum Christi non habet, non est ejus. Quod dictum determinat objectum fidei salvificæ, DEVM in Personis trinum. Veluti & ex hoc objecto fidei ac justificationis in utroque Testamento uno eodemque, firmiter ex Epistola nostra possumus concludere, Mysterium SS. Trinitatis in V. T. non fuisse incognitum. Nam modus quo justificatus est Abraham, communis est omnibus justificandis & salvandis, Rom. IV. 23. 24. & consequenter etiam idem Objectum fidei justificantis. Porro si in V. T. DEVS in Trinitate non fuisset creditus, fides de SS. Trinitate non esset Catholica, neque quantum ad ipsam fidem, ulla nobis cum V. T. sanctis communio esset, adeoq; falsum, quòd credamus Sanctorum communionem. At idem DEVS Trinus, qui hodie Gentium ad fidem converterarum DEVS ille etiam & Judæorum erat DEVS, Rom. III. 29. Inquiunt οἱ ἐξ ἐναντίας, Doctrinam de Christo sive Evangelium à temporibus secularibus esse tacitum, ac in N. demum T. patefactum fuisse, Rom. XVI. 25. 26. Ergò in V. T. cognitum non fuisse. Sed respondemus, solutionem esse in textu v. 16. manifestatum esse per Scripturas Propheticas. Mysterium igitur Evangelii sive de Christo σεσηγημένοι sive tacitum dicitur (1) ratione cognitionis, quia naturâ nobis non est notum, nec propalatum, donec ipse DEVS de semine mulieris contrituro caput serpentis in Paradiso

radiso

radiso concionaretur; (2) ratione promulgationis, quod omnibus Gentibus non fuerit patefactum, $\nu\upsilon\nu \dot{\iota} \Phi\alpha\nu\epsilon\rho\omega\theta\epsilon\nu, \kappa\alpha\iota \epsilon\iota\varsigma \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha \tau\acute{\alpha} \epsilon\dot{\iota}\nu\eta \gamma\nu\omega\epsilon\iota\theta\epsilon\nu$, nunc autem manifestatum & in Gentibus omnibus cognitum; (3) ratione graduum revelationis, quod non tam clarè in V. T. prædicatum fuerit, quàm nunc in Novo. D. D. Calovias in *Bibl. Illustr.* ad hunc locum f. 247. a. inquit: *Mysterium de Christo tacitum fuisse non ratione objecti; quia Jesus Christus heri, hodie idem & in secula, Hebr. XIII. 8. & Agnus ille DEI occisus ab ipsa mundi origine, Apoc. XIII. 8. sed ratione Circumstantiarum & modi, nec non ratione distinctæ, specialioris & manifestioris propositionis, quia Verborum involucris multa fuerant obscurata, quæ aperta facta sunt à complemento.*

§. 5. Unicum adhuc circa allata dicta SS. Trinitatem probantia monendum est, scilicet ordinem illum Trium Personarum, qui *Matth. XXII. 19.* à Christo recensetur, ut primò loco Pater, secundo Filius, tertio Spiritus S. ponatur, à Paulo non nisi in unico observari loco, *XI. 36.* in ceteris verò modò tertiam præmitti primæ & secundæ *Rom. II. 11.* modò secundam præmitti primæ & tertix, *Rom. XV. 16* modò secundam præmittitertix & primæ, *Rom. XV. 30* qua ratione autem hoc ipsum fiat, non frustra quaeritur. Ad hoc $\zeta\eta\tau\eta\mu\alpha$ respondemus cum B. Balduino super 2. Cor. XIII. ult. quest. 2. p. m. 672. quòd in operibus trium Personarum ad extra, Scrip'tura interdum eam personam præponat alteri, quæ in isto opere primas tenet, quem Canonem inde quoque in suam Theologiam Canoniceam transtulit & uberius explicavit D. Mœbius p. 92. seq. Aliàs verus trium Personarum ordo, qui tamen tantùm respectu originis & ortus considerari debet, nam tempore, natura & dignitate omninò pares sunt, quia juxta Athanasii Symbolum, in Trinitate nihil prius, nihil posterius, nihil majus aut minus, sed omnes tres persone coeternæ sibi sunt & coequales, verus, inquam, ille Personarum ordo est, quem ipse Christus indicat, *Matth. XXII. 19.* ejusque discipulus $\epsilon\gamma\kappa\acute{o}\lambda\pi\iota\theta$, *Job. I. ep. cap. V. 7.* Pater enim prima persona est, quia à nemine productus est, sed ipse quasi fons Delta-tis producit personas cæteras, Filium per Generationem, Spiritum S. per Spirationem. Filius est secunda persona quia à Patre quidem suam habet originem, ita tamen, ut unà cum Patre Spiritui S. suam det ab omni æternitate originem; Nam Pater & Filius

una communi Spiratione spirare dicitur Spiritum S. Spiritus S. est tertia persona, quia à Patre & Filio per æternam processionem suam habet originem, ab ipso verò reliquarum Personarum Trinitatis nulla. Atque hoc ordine thesis quoque nostra SS. Trinitatis Personas recenset, quarum nomina & prædicata, uti sparsum & hinc inde in Epistola nostra deprehenduntur, ad theses nostræ confirmationem hic ulterius afferenda erunt.

& dicitur
PATER,

§. 6. Primam, quæ PATRIS nomine venit, Personam esse DEVM, uti ab omnibus, qui Scripturam recipiunt, hodiè conceditur; ita probant illa loca, in quibus hic Pater expressè DEVS dicitur, v. g. Rom. I. 7. *Gratia vobis & pax à πο Θεῷ πατρός ἡμῶν, à DEO Patre nostro, Rom. XV. 6. ut unanimiter ore uno glorificetis Θεὸν καὶ πατέρα, DEVM & Patrem Domini IESU CHRISTI, quibus in locis DEI & Patris nomen exegeticè conjunguntur. Et si Pater non est DEVS, nullus erit DEVS in mundo, bene ait D. Dannbauerus bodosoph. p. m. 230. At licet Patris nomen, Rom. II. 15. ἡσιωδῶς de DEO in essentia uno legatur, in illa precum formula, quâ filii DEI utuntur clamantes: Ἀββᾶ ὁ πατήρ, *Abba Pater*, quæ peculiaris πληροφορίας formula gemina adhuc vice habetur, Gal. IV. 6. & Marci XIV. 36. quod utrumque nomen blandum & benignum significat Patrem, ab אבן quod affectum & propensionem includit, & est, *acquievit, bene voluit, concupivit*, ut id, quod *Bernhardus* habet: *oratio, quæ paterno dulcescit nomine, omnium petitionum mearum impetrandarum fiduciam mihi præstat*, huc optimè quadret. Hinc Græci Patres hanc filiorum maximè ingenuorum ad Patrem formulam esse dicunt; Sic enim *Chrysostomus*: ὁ δὲ βεβλόμενος δειξάτω γνησιότητα, καὶ τῆ τ' ἐβραίων ἐχρήσατο γλώσση, ὃ ᾧ εἶπεν, ὁ Πατήρ, ἀλλ' Ἀββᾶ ὁ πατήρ ὅπερ τ' παίδων μάλιστα ἐστὶ τ' γνησίων πρὸς πατέρα ῥῆμα. Unde & παπιάζειν apud *Homer. Iliad. E.* pro quo Latini dicunt *pappare*, i. e. *balbutia puerili Patrem vocare* παπᾶ vid. *Groziam ad Marc. XIV. 36. Fessellium Advers. Sacr. p. II. p. 357. seq. & DN. D. Joh. Olearium, Exercitat. Philolog. p. 42. seq. 319.* Aliquoties tamen & ἑσσοσαπκᾶς, de prima DEltatis persona nostra obvium est, Rom. I. 7. VI. 4. XV. 6. Eo ipso autem, dum prima Persona Pater dicitur, ei competit gignens re, & quidem non metaphoricum, sed proprium. Pater enim pro-*

gignens
Filiū;

pro-

propriè dictus, is solus est, qui gignit aut generat ex Essentia sua. Primam igitur Personam propriè dici Patrem respectu Filii unigeniti, probamus è propria relati & correlati attributione. Uti enim Filius DEI vocatur ὁ ἰδιος υἱός, proprius Filius sc. DEI, Rom. IIX, 32. ita vice versa Pater in SS. Trinitate Πατὴρ ἰδιος; Pater proprius dicitur, Job. V. 18. ἐξ ἧ πατρὸς πατριά, ex qua omnis Paternitas in cælis & terris nominatur, Ephes. III. 14. seq. Ergò etiam Paternitas naturalis. Si enim DEVS non genuisset Filium ex essentia sua, non posset ex eo nominari omnis ac propriè dicta Paternitas. Nam Paternitas Creationis ac adoptionis, non omnis Paternitas, nec propriè dicta Paternitas est. Summa, ex quo omnis Paternitas nominatur, is non solum Pater per creationem & adoptionem, sed etiam per naturam est, & consequenter, non solum Filios creationis & gratiæ, sed etiam ad minimum unum Filium ex Essentia sua genuit & genitum habet. Bene Cyrillus lib. XII. thesaur. cap. 5. Quomodo Pater erit, si ex se ipso non genuit, cum nomen hoc id proprium significet. Bene itidem Prudentius:

Nonne Patrem violas: dum natum scire recusas,

Nec vocitare Patrem potis es, quem germine fraudas.

§. 7. Secundum à Patre distinctam & FILII nomine insignitam Personam DEVM esse summum, in Epistola nostra Romano-Paulina probant (1) Summi DEI nomina, vocatur enim (α) ὁ ὢν, Existens ille, Rom. IX 5. quo nomine indicat Apostolus, Christum eundem illum DEVM esse, qui Judæorum gentem ex Ægypto eduxerit, ut Ecclesiam V. T. in ea olim plantaret, ac postea in plenitudine temporis ex ea humanam naturam assumeret. DEVM ergò ἐνοσηρον, h. e. Christum, eodem nomine appellat, quo se ipse Mosi, & per hunc populo Judaico ex Ægypto deducturus eum manifestabat adhuc ἄσους: Sic dices filiis Israël, ὁ ὢν ἀπέστειλέ με πρὸς υἱὰς, Existens ille misit me ad vos, Exod. III. 14. Quod quidem participium cum articulo ὁ ὢν, Existens ille, uti nomen illud ἀκοινωνητον יהוה exprimit, ita inter nomina divina

FILIUS
è Patris Es-
sencia ab
æterno ge-
nitus,

relatum est, æternam atque infinitam ejus Essentiam designans, uti exemplis plurimis è Patrum Scriptis ostendit Job. Casp. Svice-
rus in Thes. Eccles. Tom. II. f. 1597. & bene Damascenus de orthodoxa

Fide, c. 12. fol. 46. ex veterum mente: Δοκεῖ κυριώτερον πάντων τῶν ἐπὶ Θεῶν λεγομένων ὀνομάτων εἶναι ὁ ὢν. Καθὼς αὐτὸς χρηματίζων, τῷ Μωυσεῖ ἐπὶ τῆς ὄψεως φησὶν. ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβῶν ἔχει τὸ εἶναι οἷόν τι πέλαγος ἕστιας ἀπειρον καὶ ἀόριστον. Videtur maximè proprium inter omnia nomina, quæ de DEO dicuntur, esse illud ὁ ὢν, Existens. Quemadmodum ipse dans responsum Mōsi, dixit: ὁ ὢν Existens, misit me ad vos. Totum enim in seipso comprehendens, habet ipsum esse, velut quoddam velatus essentia infinitum & interminatum. Sanè nec Scriptoribus N. T. hæc appellatio infrequens, Apoc. I. 4. Gratia vobis & pax ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Ibid. v. 8. Ego sum Ἄ & Ω, Principium & finis, dicit Dominus, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, qui est, & qui erat, & qui venturus est, Cap. IV. 8. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEVS omnipotens, ὁ ἦν, καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, qui erat, & qui est, & qui venturus est. In quibus quidem Scripturæ locis tres temporum dimensiones ad describendam æternitatem apertè ponuntur, quas tamen ipsas uno hoc participio præsentis temporis comprehendendi, antiquissimus Patrum, Justinus Martyr in cohortatione ad Græcos observavit: Θεὸς τὴν αἰδιότητα τῷ Μωυσῆ σημήναι θέλων, ἐγὼ εἰμι, ἔφη, ὁ ὢν, τῆς ὡν συλλαβῆς ἔχει ἓνα μόνον δηλώσεως χρόνον, ἀλλὰ τὰς τρεῖς τόντε παρεληλυθότα, καὶ τὸν ἐνεσῶτα, καὶ τὸν μέλλοντα. DEVS æternitatem Mōsi significare volens dixit: Ego sum ὁ ὢν, Existens, Syllaba ὢν non unum tantum tempus declarante, sed tria, præteritum nempe, præsens & futurum. (β) Θεὸς, DEVS, Rom. IX. 5. quo loco nomen hoc nomine ὁ ὢν essentialia DEI nomen יהוה sed personaliter sumptum exprimenti Apostolus addit eandem divinitatem Christo asserens, eo modo, quo in Hebraica V. T. Scriptura יהוה אלהים frequentissimè conjunguntur. Significat autem nomen Θεὸς in Scriptura propriè essentiam & naturam divinam, non quod Sociniani perhibent, potestatem, dignitatem & Excellentiam magnam. etsi hanc notionem non excludat, sed involvat. in quantum DEO summa potestas & Majestas convenit. Quod suprà quoque notavimus, Thef. II. §. 2. Nec obstat

omissus

omissus ante Θεός articulus, siquidem jam pridem regula Socini, Enjedini, reliquorumque asseclarum ut erronea & fallax proscrip-
 ta est, quasi vox Θεός sine articulo posita DEVM nuncupativum,
 cum articulo, Summum illum & naturâ DEVM significet. Arti-
 culus enim Græcus, quando consentientibus adversariis de vero
 DEO sermo est, huic nomini modò appositus, Rom. I. 8. 9. 10. modò
 omissus, Rom. I. 7. 16. 17. 18. deprehenditur, planeq; res se habet,
 uti cum aliis nominibus propriis, e. g. Petrus, cui nunc apponi-
 nitur, Matth. XIV. 28. 29. nunc omittitur, Matth. II. 14. atq; sic &
 Christus modò cum articulo ὁ Θεός Job. XX. 28. modò sine eo Θεός
 salutatur, ut h. l. idem nomen Θεὸς Christo tribuitur, Rom. XIV. 11.
 quem locum ex Esa. XLV. 23. desumptum Apostolus disertis ver-
 bis ad Christum refert, & v. 12. collato cum præc. 10. (γ) ALTIS-
 SIMVS, cum iterum Rom. IX. 5. dicitur ὅτι πάντων, ubi notio præ-
 positionis ὅτι nativa, quâ cum nomine in gignendi casu posita su-
 perioritatem & potestatem in res subiectas, Act. II. 27. XII. 20.
 Matth. XXV. 23. denotat; πάντων verò ab aliis masculinè, super o-
 mnes, ab aliis neutraliter, super omnia redditum, quæ posterior ver-
 sio res simul & personas omnes, nihilo ac nemine exclusò innuit,
 ac meritò alteri præfertur, quæ masculinè super omnes, reddens so-
 las personas respicit. Christus enim, quâ DEVS, ex natura &
 essentia sua, non ex gratia, est non tantum super omnes Patriar-
 chas super omnes fideles, super omnes homines, super omnes an-
 gelos & DEOS nuncupativos, sed etiam supra omnia alia extra se,
 quæcunq; creata sunt, Col. I. 16. 17. Πάντων κύριος, Act. X. 36.
 Adeoq; יהוה seu ὁψιστος, Luc. I. 76. ἐπάνω πάντων, Job. III. 31. (δ)
 DEVS BENEDICTVS IN SECVLA, θεὸς εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας
 Hoc in elogio vocabulum εὐλογητὸς DEO ac Christo attribu-
 tum eum non modò, laude & gioriâ dignum, sed & fontem
 omnium bonorum esse arguit, quod pulchrè Apostolus declarat
 DEVM & Patrem Domini nostri Jesu Christi ideò εὐλογητὸν,
 benedictum, proclamans, quia sit ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλο-
 γία πνευματικῇ, qui benedixit nobis omni benedictione spiritali, Ephes.
 I. 3. atque hoc epitheton DEI sæpius legitur & in N. T. &
 apud LXX. Hic θεὸς εὐλογητὸς Hebræis frequentissimè dicitur
 יהוה ברוך benedictus Dominus, idemque יהוה ברוך aliis DEI no-
 minibus

minibus

minibus additur. Et ne quid emphaseos defuit ex ipsis Hebræorum formulis ad τὸ εὐλογητὸς adjicitur etiam εἰς τὰς αἰῶνας, quod illi efferunt **וְיִשְׁבַּח וְיִתְפָּאֵר וְיִשְׁמַח וְיִשְׂרָד וְיִשְׂרָד וְיִשְׂרָד**. Cujus *θεοδίκης* usus ad denotandum infinitam atque nunquam interrumpendam laudis atque celebrationis divinæ durationem frequentissimus est in doxologiis, *Rom.* XI. 36. XVI. 27. & cap. I. 25. ubi integra hæc DEI descriptio habetur, *ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας*, confer *D. Calovium, ad b. l. orac. LXVII. p. 397. Th. Ap. Rom. & imprimis disputationem Theologicam ἀκριβοῦσαν*, quam annō superiori mense Novembri in celeberrima Lipsiensium Academia sub Magnifici e. t. Academiae Rectoris DN. Job. Benedicti Carpzovii D. ac Professoris Theologiae Praesidio Dn. M. Fridericus Simon Eöffler / SS. Theol. Baccalaureus & Pastor Ecclesiae in agro Lipsiensi, de Divinitate Christi, recentissimo Scriptori Anglo eam impugnantipotissimum oppositam super luculentum hoc & classicum quasi de Christi Divinitate testimonium, uti B. D. Mylio vers. 5. *Rom.* IX. p. 315. vocatur, habuit, in qua infames istius Θεομάχου chartas felicissimè debellavit, destruendo heterodoxam antithesin illius Angli anonymi Scriptoris prodigiosi hanc: Christum esse θεάγγελον, atq; astruendo thesin orthodoxam hanc: Christum esse verum, naturâ & absolutè summum DEVM. (ε) *κύριος*, DOMINVS, uti patet ex locis supra theseos hujus III. §. I. citatis; & quidem peculiari modo Filius DEI dicitur Dominus noster, ac in eo distinguitur à Patre, *Rom.* I. 7. non ratione DEItatis, quia unum est cum Patre, *Job.* X. 30. Sed propter redemptionem, quia sibi acquisivit servos & Dominium in eos. Pater quidem & Spir. S. etiam Dominus noster sunt ex jure redemptionis, quoad ejus ordinationem, & λύτρωσις à Christo soluti acceptionem: at Filius ratione meriti & acquisitionis singulariter Dominus noster est. Pater enim & Spir. S. non sunt mortui pro nobis. Est igitur & hoc summi DEI nomen, & uti per nomen DEI Patri tributum, Dominium ipsi non derogatur, ita per nomen Domini Christo tributum, DEItas ipsi non adimitur. (ζ) FILIVS DEI *Rom.* I. 3. 4. 9. *Rom.* V. 10. VIII. 3. 29. item PROPRIUS DEI FILIVS, v. 32. per veram propriamque ac essentialem generationem, qui DEVM habet ἰδίον πατέρα, *Job.* V. 18. Unde Judæi colligebant, quòd se DEO faceret

rec

ret æqualem, ipsumque volebant interficere. Adeoq̄ non per
resuscitationem fuit genitus, sed ejus generatio, quòd esset Filius
 DEI, per resurrectionem fuit declarata, Rom. I. 4. ὅτι ὁμοιωθέντος
 ἡμῶν θεῶν ἐν δυνάμει καὶ πνεῦμα ἁγιοσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν
 (de Filio) demonstrato, quòd Filius DEI in potentia (omnipotens)
 secundum Spiritum sanctitatis ex resurrectione mortuorum, quo in di-
 cto veteres, Orig. Cyrill. Chrysost. Theod. Theophyl. Oecum. ὁμοιωθέν-
 τος per δειχθέντος, ἀποφανθέντος, ὁμολογηθέντος, ἠπιγνωθέν-
 τος, βεβαιωθέντος reddidère. Et in ipsa Scriptura ὁμοιωθεὶς ἐν δυ-
 νάμει, h. l. permutatur cum ἀποδεικνυμένῳ δυνάμεσι, Act. II.
 22. Vide hoc dictum contra Socinianorum *σεβαστότητα* masculè vin-
 dicatum à DN. D. Scherzero Colleg. Anti-Sociniano p. 134 seq. & DN.
 D. Calovio, Orac. 4. p. 16. seqq. (II.) Filii Deitatem probant summi
 DEI attributa, nempe divina Majestas, Rom. XI. 36. Illi, per quem
 omnia, tribuitur δόξα εἰς τὸς αἰῶνας, Aeternitas, Rom. IX. 5. quæ
 ex antea dictis patet. Veracitas, Christus enim est ὁ βεβαιῶν ἀλή-
 θειαν θεῶν, præstans veritatem vel promissum DEI, Rom. XV. 8. (III.)
 Eandem Deitatem confirmant (α) Cultus religiosæ solique DEO de-
 bitæ adorationis, qui per genuum flexionem Christo tribuendus,
 Rom. XIV. 11. ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, mihi sese flectet omne genu, ex
 quo loco invictum planè habemus argumentum pro Divinitate
 Christi sequens: Is, cui Esaias omne genu flectendum dixit
 c. XLV. 23. est verus & summus ille DEVS, qui omnia creavit:
 Jam verò Christus est is, dicente Paulo &c. Ergò &c. Quæ Vol-
 kelius hîc excipit, refutata legas apud Wellerum in h. l. p. 712.
 (β) cultus invocationis, Rom. I. 7. Gratia vobis & pax à DEO Pa-
 tre nostro, καὶ κυεῖς Ἰησοῦ χριστοῦ, & Domino Jesu Christo. E quo
 voto Apostolico itidem Deitas Christi essentialis contra Socinia-
 nos statuminari potest, h. m. Is, à quo gratiam & pacem spiritua-
 lem & æternam precatur Apostolus, non minus quoque est ve-
 rus & naturâ DEVS, quàm Pater. At à Domino JESU CHRISTO
 precatur Apostolus gratiam & pacem spiritualem & æternam, idq̄
 non minus quàm à Patre, conjungens eundem in voto suo cum
 Patre ex æquo, absque ullo disparitatis indicio, tanquam autorem
 gratiæ & pacis. E. Dominus Jesus Christus non minus quoq; est
 G verus

verus & naturâ DEVS, quàm Pater. Propositio Major nititur triplici fundamento (1) *religioso invocationis honore*, qui verè divinus est, & soli DEO essentiali, vel summo proprius est, *Exod. XX. 3. Es. XLII 8. Jerem. XVII. 5. Matth. IV. 10. Apoc. XV. 4. XIX. 10. XXII. 9.* (2) *equali conjunctione in honore cum Patre*: quia *ἰσότιμος* esse nequit, nisi qui *ὁμόσιμος*, cùm gloriæ divinæ fundamentum sit divina Essentia. (3) *divino axioma & dignitate*, qua autor gratiæ & pacis spiritualis & æternæ, qui eandem dare & conferre possit, pro gratioso beneplacito, non est nisi verus & naturâ DEVS, *Es. XLIII. 11. XLIV. 6. 7. XLV. 22. seq. 1. Cor. I. 31. &c.* Ad cultum hunc divinum pertinet (γ) *Fides*, *Rom. X. 14. collat. cum v. præced. 9. 10. seq.* ex quo concludimus: In quem salvificè creditur, is est verus DEVS: maledictus enim in non-DEVM credens, *Jerem. XVII. 5.* Atqui in Christum &c. (δ) itemque *Spes*, *Rom. XV. 22. ἐπ' αὐτῷ ἔδνη ἐλπῖσιν*, super eo gentes sperabunt, quæ spes in solo DEO collocanda, *Jerem. XV. 5.* Ita *κατασκευασικῶς* Deitas Filii DEI ex oraculis Paulinis asserta est; nec eandem destruere possunt, quod hostes Deitatis Christi hac ex Epistola proferunt, Christum non esse summum DEVM, quia DEO obediat, qualis *ὑπακοή* sive obedientia Christo tribuitur, *Rom. V. 9.* Distinguendum enim hîc inter DEVM in essentia sua divina spectatum, & DEVM in voluntaria *οἰκονομία*, in forma servi, & ut in carne manifestatum consideratum; Illi ista non competit, sed huic. Nec infringit Christi Deitatem, quòd pro nobis *interpellare* dicitur, *Rom. II. 34. ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν*, intercedit pro nobis, intellige, non serviliter, sed autoritative & virtute meriti sui. Insuper divinam Filii naturam haud evertit ipsius *missio in tempore*, *Rom. II. 3. collat. cum Galat. IV. 4.* Missio enim ut in carnem, sic tantum processio à mittente est, quæ variat juxta conditionem Subjectorum. Alia enim *per imperium*, (servi à Domino) alia *per consilium*, (Regis à Consiliariis in bellum,) alia *per originem*, (floris ab arbore,) unde non omnis missio superioritatem aut imperium mittentis in missum arguit, multò minùs divinam naturam evertit. Nam & superior ab inferioribus (Episcopus à Capitularibus, Consul à Senatoribus) & æqualis ab æquali mitti potest. Est autem missio Filii DEI in carnem passiva, consequens

quens

ac missus

in tempore

in carnem,

quens generationis passivæ, quâ persona Filii missa incepit esse (secundum quid tantum, seu novo modo, per incarnationem scilicet, quo antea non erat,) in externo symbolo, ad novum gratiæ effectum, præsens. Et de hac Filii DEI missione testatur jam citatus locus, Rom. IIX. 3. ὁ Θεὸς τὸ ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας, καὶ περὶ ἀμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἀμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, DEVS, qui sui ipsius Filium misit in similitudine carnis peccati, pro peccato, condemnavit peccatum in carne. Oraculum hoc fusè explicatum legas apud D. Calovium Theol. Apost. Rom. p. 345. seqq. Et missionis ac incarnationis Filii DEI finem apprehendes, qui erat, ut opus redemptionis generis humani perficeret, qua de generis humani redemptione per Christum facta Apostolus etiam loquitur, Rom. III. 25. 24. Justificati gratis ipsius gratia διὰ τὴν ἀπολυτρώσεως τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu, quem proposuit DEVS in propitiatorium per fidem in ipsius sanguine &c. Sed pergendum nobis erit ad tertiam DEItatis Personam, quâ de in sequenti §. 8.

ut Redem-
tionis opus
perficeret.

§. 8. Tertia DEItatis Persona est SPIRITVS SANCTVS, quod nomen hîc non essentialiter, nam & Pater & Filius sunt Spiritus, Joh. IV. 24. Rom. I. 4. & Sanctus, Lev. XI. 44. sunt, sed personaliter pro tertia SS. Trinitatis Persona sancta, qui Spiritus S. non solum à Spiritualitate, sed etiam à Spirabilitate, quòd solus per Spirationem procedat, nomen habet, & peculiariter virtutem ἀγιαστικὴν exercet, uti Nazianzenus Orat. 37. loquitur. Varia autem Spiritus S. in Epistola nostra Romano-Paulina fortitur nomina. Jam enim sine adjectione dicitur (α) Πνεῦμα, Spiritus, Rom. IIX. 16. 23. (26. bis) 27. Jam cum adjectione (β) Πνεῦμα ἅγιον, Spiritus S. Rom. V. 5. IX. 1. XIV. 17. XV. 13. 16. (γ) Πνεῦμα Θεοῦ, Spiritus DEI, Rom. IIX. 9. 14. XVI. 19. (δ) Πνεῦμα Χριστοῦ, Spiritus Christi, Rom. IIX. 9. (ε) Πνεῦμα τὸ ἐγείραντ' Ἰησοῦν, Spiritus ejus, qui resuscitavit Jesum, Rom. IIX. (II. bis) (ζ) Πνεῦμα υἰοθεσίας, Spiritus adoptionis, Rom. IIX. 15. (η) Πνεῦμα τῆς ἀγάπης, Spiritus dilectionis, Rom. XV. 30 Hic Spiritus quomodo ratione originis sit Persona tertia, suprâ dictum fuit Thesi II. §. 5. Hujus jam & Personalitas & Divinitas ex Oraculis Paulinis probanda venit, & quidem Personalitatem ejus probamus (1) Definitione, Spiritus S. est

& SPIRITVS SANCTVS,

ὑφιστάμενον, five subsistens intelligens, & volens, ὁ ἐρευνῶν τὰς καρ-
 διάς scrutans corda, Rom. II. 27. quod ἐρευνᾶν semper supposi-
 tum notat. Sed quomodo scrutatur Spiritus Omniscius corda?
 ἢ ἀνθρώπου παθῶς id dicitur de Spiritu S., cujus certitudo scientiæ
 infinita & ἀσφαλεστάτη hac phrasi in Scriptura significatur, D. Glass.
 Rhet. Sacr. p. 123. In hominibus quidem scrutinium & inda-
 gationem scientia demum sequitur, non verò in DEO. Inde
 Theologi hoc DEI scrutinium non ignorantie, sed omniscientiæ scru-
 tinium vocant, quo DEVS dicitur ἐρευνᾶν νεφροὺς καὶ καρδίαν,
 Apoc. II. 23. hinc Chrysoft. Hom. VII in I. Cor. II. 11. ὅτι ἀγνοίας,
 ἀλλ' ἀκερῆς γνώσεως ἐνταῦθα τὸ ἐρευνᾶν ἐνδεικτικόν. (2) *Attribu-
 tione.* Competunt ei attributa personalia. Spiritus S. enim mi-
 titur ac datur, Rom. V. 5. Πνεῦμα ἅγιον τὸ δοθὲν, Spiritus S. qui da-
 tus est, præterea à Patre & Filio procedit, dictus id propter πνεῦμα
 Θεοῦ καὶ Χριστοῦ, Spiritus DEI & Christi, Rom. II. 9. quem locum
 mox enucleabimus. (3) *Suppositali operatione,* quales sunt testa-
 ri, Rom. II. 16. αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ Πνεύματι ἡμῶν,
 ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ. Ipse Spiritus testatur cum Spiritu nostro, quod
 simus Filii DEI. Observa, hic nos habere duos testes certitudi-
 nis nostræ salutis, in quorum quasi ore omnis veritas consistit,
 interiorem nostrum hominem & ipsum Spiritum Sanctum. *Coad-
 juvare v. 26.* τὸ Πνεῦμα σὺνανήλαμβάνεται ταῖς ἀδυναμίαις ἡμῶν,
 Spiritus coadjuvat infirmitates nostras. *Intercedere v. 26.* αὐτὸ τὸ
 Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ὑμῶν, Ipse Spiritus intercedit pro no-
 bis, ad quæ verba B. Scherzerus Colleg. Anti-Socin. p. 189 hæc an-
 notat: Plus sanè in recessu habet pro nobis ὑπερεντυγχάνειν, quàm pre-
 ces nobis inspirare. Unde Corn. à Lap in b. l. Rom. f. 113. Spiritus S.
 postulat, inquit, i. e. desideria amicorum suorum eorumque gemitus in-
 enarrabiles in Consistorio SS. Trinitatis quasi Advocatus noster exponit
 magnâ instantiâ, magnô pondere & magnâ auctoritate. Hæc enim
 omnia significat Græcum ὑπερεντυγχάνει i. e. superexpostulat. Nam
 ὑπὲρ notat præeminentiam in postulando, quasi ipse præsit omni-
 bus postulationibus, sitque quasi Magister & Præfatus libello-
 rum supplicum nostrorum apud DEVM: & latinum postulare,
 inquit Ulpian. l. 1. Tit. de postulando, est desiderium suum vel
 amici

amici sui in Jure, apud eum, qui Jurisdictioni præest, exponere *Ἐκ τῆς*
ὑπερβεντυ γράφειν h. l. metaphora est, desumpta ab accusato coram
tribunali, ubi tertius quasi inter reum & Judicem intervenit. In-
tervenit itaque etiam Spiritus S. internos & DEVM tanquam ter-
tius interveniens. Probatâ sic Spiritûs S. Personalitate, ejusdem
& Divinitatem in Epistola nostra confirmant (N) *Proprietates divi-*
nae, quarum prima est *personalis, interna ac immanens processio à Pa-*
tre & Filio, ob quam dicitur *Πνεῦμα Θεῶν Rom. II. 9.* collat. cum
Job. XV. 26. τὸ Πνεῦμα, ὃ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, & Πνεῦμα
Χριστοῦ ibid. c. II. 9. & *τὸ Πνεῦμα τῆς υἱοῦ Θεοῦ Galat. IV. 16.* Hanc
sequuntur proprietates ejusdem *essentiales*, & sunt *Omniscientia*, qua
de jam dictum §. præced. è *Rom. II. 29. Omnipresencia*, quia non
absens, sed præsens nobis est, in nobisq; operatur, nam datus nobis
est, *R. m. V. 5.* & habitat in nobis *Rom. II. 11.* à qua habitatione Spiritûs
S. in nobis, templum DEI dicimur, cujus autem sumus tem-
plum, ille est DEVS, Spiritûs S. sumus templum, *I. Cor. III. 16. 17. Lev.*
XXVI. 12. E. Spiritus S. est DEVS, nulli siquidem creaturæ conve-
nit, ut habeat templa, inquit *Augustinus libr. de vera Relig. c. 55.*
& licet habitatio in nobis sit opus divinum ad extra, adeoq; omni-
bus tribus Divinitatis Personis communis, quia tamen gratiosa
illa & specialis inhabitatio ad opus sanctificationis pertinet, pe-
culiariter ea Spiritui S. tribuitur. (D) *Opera divina*, inter quæ
sunt (a) *Vivificatio*, *Spiritus S. ζωοποιήσει, vivificabit mortalia no-*
stra corpora, *Rom. II. 11.* quæ *ζωοποιήσις* non finita, sed infinitæ
opis est (β) *miraculorum patratio*, *Rom. XV. 19.* quo loco *δυνά-*
μις σημείων καὶ τεράτων, quæ in conversione gentium se exeruit,
δυνάμις πνεύματος Θεοῦ adscribitur, (γ) *filiatio sive adoptio*, *υἱοθεσία*
quo nomine Spiritus, in quo per Evangelium afflamur, quia gratui-
ta in Christum adoptione salutem obfignat in animis credentium à
maledictione legis liberatis, eleganter vocatur *πνεῦμα υἱοθεσίας*
Rom. II. 15. neque satis habuit Apostolus dicere *πνεῦμα ἐλευθερίας*
sed dixit *υἱοθεσίας*. Nam qui adoptantur, si servi sint, & liberi ex
servis fiunt, & filii. Inde Hesychio *υἱοθετεῖν* idē est ac *υἱοποιεῖν, ἢ φύσει,*
ἀλλὰ θεοῦ, & ut filii τῆς φύσεως, e. naturæ sunt, qui per generatio-
nem essentiam suam habent à parentibus; ita filii τῆς θεοῦ positi-
one

à Patre &
Filio ab æ-
terno pro-
cedens,

tione five lege sunt, qui in locum filiorum surrogantur. Ac filii lege facti, *θετοὶ* in Jure Græcè dicuntur. Vox hæc *υιοθεσία* de adoptione filiorum DEI ter in Epistola nostra occurrit, videlicet *Rom. IIX. 15. 23. IX, 4.* Nec obstat Deitati Spiritus S. quod is *pro nobis postulare*, & quidem *συναγμοῖς ἀλαλήτοις*, gemitibus, qui dici nequeunt, *Rom. IIX. 26.* dicitur. Gemere enim Spiritus S. dicitur, dum nos inter orandum gemere facit, & ad preces, suspiriis atque singultibus interruptas, impellit. Ut autem Filii divinitati ex eo nihil decedit, quando pro nobis intercedit *ἰλασικῶς*, pretium solvendô; ita Spiritus S. divinitati nihil derogatur, quando pro nobis interpellat *κινήτικῶς*, corda nostra ad precandum movendô & impellendô, quando postulare & gemere nos facit, imò gemitibus nostris sese quasi miscet, & quod precibus nostris deest, perficit. Christus pro nobis interpellat *meritoriè*, Spiritus S. *effectivè*. Nec prætereà quicquam contra Divinitatem Spiritûs S. valet, quòd *dari* dicatur *Rom. V. 5.* cum & Filius fit *DEVS*, & tamen *datus esse* dicatur. *Es. IX. 6.* & in aureolo illo Johanneo apophthegmate, *Job. III. 16.* quod in deliciis habemus, & materiam Programmatum nostrorum potissimam hæcenus esse voluimus. Divina itaque hæc ac distincta Spiritûs S. à Patre & Filio Persona, uti ab utroque ab æterno procedit; ita & ab utroque in tempore mittitur, quæ missio temporalis Spirationis passivæ consequens est, & æternam processionem à Patre & Filio, quam supra è *Rom. IIX. 9.* probavimus, præsupponit. Est autem Spiritus S. missio vel *visibilis* vel *invisibilis*. *Visibilis* est, quâ visibili specie κατ' ὀικονομίαν ad tempus assumpta, se conspiciendum exhibuit, inprimis *Matth. III. 16.* sub specie columbæ, & *Act. II. 3.* sub specie linguarum ignearum. *Invisibilis* est ejusdem donatio, qua mittitur ac venit in corda credentium, non tantùm quoad dona, sed & quoad personam, quod nos docet insignis ille locus, *Rom. V. 5.* ἡ ἀγάπη τῆ Θεῶ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, διὰ πνεύματ^ος ἁγίου, τὸ δοθέντ^ο ἡμῖν. *Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum S. qui datus est nobis.* Hic certè & donum, charitatem, & autorem ejus, Spiritum S. nobis datum, & in cordibus nostris habitare Apostolus asserit. Est ergò præstantissimum pignus amoris divini erga nos, inquit magnus Theologus, D. Chemnit, P. I. LL. de

qui & in tempore ab utroq; mittitur in corda credentium,

de Spir. S. p. 117. edit. in 4^{to}, quod copulat nos sibi societate non tantum creati doni, sed quod communicat nobis de essentia sua spiritum coëssentialem sibi. Non divinorum tantum bonorum sumus participes, sed consortes divinæ ipsius naturæ, 2. Petr. I. 4. & pulcherrima est consolatio Phil. I. 6. qui incepit in nobis bonum opus, perficiet, quia non tantum dona Spiritus habemus, sed ipse præsens in nobis operatur. Et qui peccant contra conscientiam, non tantum dona Spiritus excutiunt, sed ipsum Spiritum contristant, Eph. IV. 30. Ne contristetis Spiritum DEI, per quem obsignati estis in diem redemptionis, & Stephanus Act. VII. 51. Vos semper resistitis Spiritui S. I. Reg. XVI. 14. Recessit à Saule Spiritus Domini bonus. Quæ omnia non possunt de donis Spiritus S. intelligi, sed potius de Persona, cujus est reddere, imò cui resistitur, & qui contristatur. Finis hujus missionis in corda credentium est, ut ea sanctificet & quidem mediatè per verbum & Sacramenta, quæ sunt ejusdem quasi ὀχήματα seu vehicula divinitus ordinata, quorum, ut dixi, alterum est verbum DEI, quod non est verbum mortuum, sed quod per Spiritum S. animatur & efficax est, hinc verbum isthoc in Epistola nostra cap. I. 16. dicitur *δυνάμις θεῦ εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι*, Potentia DEI ad salutem omni credenti, quod dicitur Spiritus, Job. VI. 63. Verbum ἔμφυτον, quod potest salvare animas, Jac. I. 21. Vivus sermo & efficax, Hebr. IV. 12. Per quod verbum DEI est auditus, ex auditu fides, ex fide salus, Rom. X. 7. 9. 10. de quo verbo notus est canon B. Lutheri, Tom. IV, Lat. Jen. p. 290. Ubicunq; est verbum, ibi necesse quoque est esse Spiritum, quem Canonem in Theolog. Can. p. 139. citat & explicat D. Mœbius. Nec Epistola nostra reticet Sacramenta, cum unum è V. T. nominat *περιτομήν*, circumcisionem, Rom. IV. 11. unumque è N. T. Ba-

ut ea sanctificet per verbum,

& Sacramenta.

§. 9. Trium harum Personarum Patris, & Filii & Spiritus S. unam esse Divinitatem, æqualem Gloriam, & coæternam Majestatem, cum Symbolo nostro Athanasiano ὁμοθυμαδὸν confitemur. Et quidem *μία ἡ θεότης*, una Divinitas trium harum Personarum jam satis abundè supra Thes. I. §. 9. ex Oraculis Romano-Paulinis probata est. Porro *ἰση ἡ δόξα καὶ σωματικῶς ἡ μεγαλειότης*, equalis

Quarum trium Personarum una est Divinitas

equalis

æqualis *æqualis gloria & coeterna Majestas*, haud obscure ex iisdem quoq;
 Gloria & Oraculis relucet. Gloria hæc ac Majestas DEI est excellentia
 coeterna
 Majestas, ejus supra omnia, ex summa omnium divinarum proprietatum
 eminentia v. g. Potentiæ, Misericordiæ, Justitiæ &c. quæ Gloria
 ac Majestas DEI *absolutè considerata*, est Majestas ejus essentialis;
Relativa v. est, qua glorificatur tum ab Angelis, tum ab homini-
 bus, vel quo ipse DEVS suos glorificat, de utraque hac DEI
 gloria ac Majestate agit Epistola nostra ita, ut mentionem fa-
 ciat non tantum τῆς δόξης τῆ πατρὸς, Rom. V. 4. sed & solius DEI
 Triunius, sic Rom. I. 23. celebratur ἡ δόξα τῆ ἀφάρτε Θεῷ, *Gloria
 Dei incorruptibilis*, quem Gentes scientes DEVM non ut DEVM
 ἐδόξασαν, glorificarunt, cap. I. 21. ac proinde ὑπερέντι τῆς δόξης τῆ
 Θεῷ, destituuntur gloria DEI, cap. III. 23. peccatorum enim, quia
 DEVM offenderunt, non est gloria, sed confusio & dedecus.
 Ubi verò & Gentes, ad fidem conversæ inceperunt super miseri-
 cordiam δοξάσαι τὸ Θεόν, glorificare Deum, Rom. XV. 9. jam dicere
 possunt, καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι δόξης τῆ Θεῷ, gloriamur super spe gloriæ
 DEI, Rom. V. 2. quia facti sunt è numero eorum, ἐς ὃ θεὸς ἐδόξασε,
 quos DEVS glorificavit, & glorificabit, Rom. II. 30. & quos DEVS
 κατὰ τὸ πλεον τῆς δόξης αὐτῆ secundum divitias gloriæ suæ preparavit
 ad gloriam, Rom. IX. 23. ad δόξαν μέλλουσαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς
 ἡμᾶς τὰ παθήματα, & νῦν καὶ ἴσχυρα ἀξία, h. e. ἰσόρροπα, ἰσοτά-
 λαντα, ἀντιτάλαντα, Rom. II. 18. quamque δόξαν Apostolus vo-
 cat ἐλαθερίαν τῆ δόξης τῆ τέκνων τῆ Θεῷ, v. 21. Et uti Abraham
 erat δὲς δόξαν τῷ Θεῷ, dans gloriam DEO, Rom. IV. 20. ita & nos
 eundem, qui secundum δοξολογίαν Romano-Paulinam est per-
 sonaliter ὁὖν Ἰπὶ πάντας Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας, ἀμήν,
 existens ille super omnia DEVS benedictus in secula, amen. Rom. IX. 5.
 scilicet Christus, qui suscepit nos εἰς δόξαν Θεῷ, in gloriam DEI,
 Rom. XV. 7. ei quoque, qui est essentialiter εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶ-
 νας, ἀμήν, Benedictus in secula amen. Rom. I. 25. Ὁμοθυμαδὸν ἐν
 σώματι δοξάζομεν, unanimiter uno ore glorificamus, è capitis XVI. ac
 totius Epistolæ clausula v. 27. dicentes: Μόνῳ σοφῷ Θεῷ ἀγαθῷ Ἰησοῦ
 Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τὰς αἰῶνας, ἀμήν. Soli Sapienti DEO, per Je-
 sum

sum Christum, huic gloria in secula. Amen. Hanc demum Thesin
nostram III. Triadologicam rotundis Poëtæ Christiani Leusch-
neri versibus obfirmamus hisce:

*Gignens æternus Pater, ejus Natus imago;
Flatus procedens hoc ab utroque Sacer.
Est Nati proprium gigni, ceu gignere Patris,
Et procedere ab his Flaminis usque Sacri.
Est Pater ad fluvium patefactus voce, columbe
Flatus sub specie, Filius udu aquâ.
Se condendo Pater manifestat singula, Natus
Nos redimens, Flatus Sanctificando fide.*

THESIS IV.

DEVS (3) ratione OPERVM est (a)
rerum omnium Creator, (β) re-
rum creatarum Conservator, (γ)
Ecclesiæ Congregator, (δ) Fide-
lium ac Infidelium, Justorum &
Injustorum justus Judex, sive Ul-
tor & Remunerator.

Ex Deois.

§. I. **A**bsoluta DEI ratione Essentiæ ac Personarum con-
sideratione, restat, ut & Eundem ratione OPE-
RVM agnoscamus, sub quibus idem gloriosissimus DEVS in actionibus ad extra cognoscendus, quibus
fese nobis primò patefecit, & adhuc quotidie patefacere solet.
Omnis namque effectus proprius causam suam arguit propriam,
& naturâ nobis insitum est, ut, visô ac propius consideratô ali-
quô effectu, incipiamus ejus causam, causæque præstantiam,
H po-

DEVS

ratione O-

perum est

potentiam, sapientiam &c. investigare, sicut de Gentilibus Philosophis commemorat Paulus *Rom. I. 20.* Operum horundem præcipua è descriptione DEI Philippica in Thesi hac enumerantur, & sunt (1) *Rerum omnium creatio*, (2) *earundem Conservatio*, (3) *Ecclesie congregatio* & (4) *iusta omnium hominum dijudicatio*, de quibus, quia in locis seqq. de Creatione, de Providentia, de Ecclesia, de extremo Judicio aliisque *σ. τ. θ.* ex professo agendum erit, hic saltem summam ostendemus, hæc quoque DEI Opera in Epistola nostra Romano-Paulina suam habere sedem, ex eaque plenius deduci posse.

§. 2. (N) *CREATIO* probari potest è *Rom. I. 20. 25. IV. 17. II. 19. 20. 21. 22. 39. &c.* in quibus locis κτίσαντες & κτίσεως crebra fit mentio. (O) *Conservationis* vestigia reperimus, *Rom. II. 5. 35. seqq. XI. 36.* (P) *De Ecclesia* testatur Apostolus, *Rom. III. 2. X. 15.* cui τὰ λόγια Θεῶν tanquam pretiosissima DEI cimelia sunt concredita. Cujus cives vocantur ἀγαπητοὶ Θεῶν, κλητοὶ ἅγιοι *Rom. I. 7. οἱ ἐν τῷ κρυπτῷ, absconditi & occulti, Rom. II. 29. XI. 4.* qui sunt ἐν σῶματι Χριστοῦ, *Rom. XII. 5. & quibus Christus Spiritum & vitam subministrat, Rom. II. 9.* Imò ipsum *Ecclesie* Nomen legitur, *Rom. XVI. 1. 4. 5. 16. 23.* (Q) *Judicialiæ quoque potestatis* indicia nonnulla hac in Epistola nostra sunt obvia, quando laudatur τὸ δίκαιον Θεῶν, *Judicium DEI Rom. I. 32. κέριμα Θεῶν καὶ ἀλήθειαν, Judicium DEI secundum veritatem, Rom. II. 2. δικαιοκείσια τῶ Θεῶν, Justum DEI judicium, Rom. II. 5. 6.* De quibus singulatim, uti dictum, suo locò ac tempore B. C. D. plura. *Iv præsentī claudimus rivos versibus Leuschnerianis seqq.*

rerum
omnium
Creator,
rerum
creaturarū
Conserva-
tor,
Ecclesie
Congrega-
tor,
Fidelium
ac Infide-
lium, Ju-
storum &
Injustorum
justus Ju-
dex, sive
Ultor &
Remunc-
rator,

Ut certo verbo Deitas innotuit ipsa,
Multis in clara luce locata modis.
Quod cum prole Pater simul & cum Flammine sancto
Condideritq; polum, condideritque solum.
Ac eadem conservet & omnia condita præfens,
Et certum cæcum colligat ipse sibi.
Inter Adamigenas per Christum propter & ipsum:
Reque sit in quavis arbiter usque bonus.

CORO.

H


CORONIDIS loco

sequitur

Τὸ ΧΡΗΣΙΜΟΝ five VΤΙΛΕ Utilitas
hujus tra-
ctationis
ex hac

THEOLOGIA ROMANO-
PAVLINA

emanans quintuplex, & quidem

I.  *Ιδασκαλικόν.* Nempe ad Majestatem & Gloriam DEI Ter (1.) Didac-
Optimi Maximi facit admirandum isthoc mysterium; *scatica.*
unam numero Essentiam tribus distinctis Hypostasibus
intelligentibus communem esse, cui simile in universa rerum
natura non datur. Inde visio SS. Trinitatis cogebat S Angelos
ad summam demissionem, reverentiam & honorem DEO exhi-
bendum, ut Seraphica voce alter ad alterum clamaret: SAN-
CTVS, SANCTVS, SANCTVS JEHOVA ZEBAOTH; *Ple-*
nitudo omnis terræ est GLORIA EJVS, Es. VI. 2. 3. & Apoc. IV.
8. 9. eadem visio incitat beatas animas ad Gloriam, Honorem &
Gratiarum actionem DEO tribuendam dicentes: Ἄγιος, ἄγιος
ἄγιος Κύριος ὁ παντοκράτωρ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος.
Nec in nostra Epistola Romano-Paulina hujus Gloriæ ac Maje-
statis divinæ desunt vestigia, siquidem ad Gloriam *φιλανθρωπίας*
divinæ facit, quòd Paulus dicit, DEVM Patrem Filio suo proprio
ac unigenito non pepercisse, sed misisse eundem in carnem, sub-
jecisse eum legi, cruci &c. pro salute perduellium & peccato-
rum, Ita enim sonat Apostoli dictum, χρυσὸν καὶ ἰσφίδιον ἀριό-
τερον πολυτίμη, i. e. *auro & gemma melius nobili, Rom. V. 8.* σωί-
τησι τῶ ἐαυτῶ ἀγάπῃ εἰς ἡμᾶς ὁ Θεός, ὅτι ἔτι ἀμαρτωλῶν ὄντων
ἡμῶν, χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε, *commendat dilectionem erga*
Nos DEVS, quòd, adhuc peccatoribus existentibus nobis, Christus pro
nobis mortuus est. Et aliud huic consonum, Rom. II, 32 ὁ

Θεὸς ἑαυτὸν ἵνα ἵδῃς ἢ ἵνα ἑφείσαστο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς ἔχει καὶ σὺ αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίζεται; *DEVS proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum ipso omnia nobis gratificabitur? Quas gnomas amoris divini plenissimas Apostolus ex ipsius Salvatoris ore quasi hausit, inquit: Οὕτω ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόλητε, ἀλλ' ἔχη ζωὴν αἰώνιον. Adeo dilexit DEVS mundum, ut Filium suum unigenitum dederit, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

(II) Elen-
tica.

II. Ἐλεγκτικόν. Hæc enim DEI Triunius consideratio non tantum facit ad veritatis confirmationem, sed & ad falsitatis refutationem. Et quidem, ut è quàm plurimis potiores tantum allegemus, ad refutationem falsitatis

N PONTIFICIÆ docentis (1) per se nobis notum non esse, quod *DEVS* sit, juxta *Petrum de Alliaco*, in lib. 1. sentent. quæst. 3. Unde & illud colligitur: posse dari ignorantiam inculpabilem in aliquo de existentia *DEI*tatis. Cui falsitati opponenda, quæ habentur *Th. N. I. §. 1. 2. 3. 4. 5.* (2) ex sententia eorum, qui naturalem *DEI* notitiam concedunt, salutem æternam sine notitia revelata contingere posse, juxta *Erasmum* in præfat. super *Tuscul.* quæst. *Cic.* & in *Colloquio religioso*, item *Andradium* in defens. *Concil. Trident.* lib. 3. p. 292. & *Maldonatum* in *Matth. c. XI. 21.* inquit: *Gentiles poterant servatâ lege nature omnium confessione salvi esse, absq; scripta lege.* Cui falsitati oppone, quæ leguntur *Th. N. I. §. 6. 7.* (3) *Mysterium Trinitatis*, omnibus salvandis creditum non esse necessarium, juxta *Commentatores Thomæ, Dominicum de Soto* lib. 2. de *Natura & gratia* cap. 2. & in quartam *Sentent.* distinct. 5. quæst. unica, art. 2. *Dominicum Bannem* in secundam secundæ quæst. 3. item *Vegam* in expositione sextæ sess. *Concil. Trident.* lib. 6. c. 20. & *Tannerum*, *Tom. III. Theolog. Scholast. Disp. I.* qu. 7. dub. 2. num. 38. quam falsitatem refellit *Th. N. I. §. 10.* (4) *Separata autoritate ac traditione Ecclesiæ, solius Scripturæ Testimoniis mysterium SS. Trinitatis certò ac infallibiliter probari non posse.* Juxta *Hagerum* in collat. *Aug. Conf. cum Concil. Trident.* p. 7. *Thom. Henrici* in analysi *Aug. Conf. Artic. I.* qu. I. *Lindanum* in *Panopl.* I, III,

I, III,

I. III. c. 5. & Bellarminum, lib. II. de Christo c. 6. p. 329. ubi inquit: *DEVM in V.T. noluisse proponere mysterium Trinitatis expresse, quia Judæi incapaces erant, & Lorinum in Comm. in Ps. CILX 1. p. 329, qui ait: Trinitatis mysterium Judæis vulgò ignotum fuisse. Quæ falsitas adversa fronte pugnat cum TH. N. III. §. 3. 4. 5. (5) præminentiam & majoritatem quandam secundum rem DEO Patri respectu Filii competere juxta Bellarminum, lib. I. de Christo c. 10. scribentem, Pater est fons & principium reliquarum Personarum & ea ratione, quandam majorem majoritatem habet. Et Jodocum Clichtoveum in c. II. ib. I. de Fide Damasceni ob differentes proprietates & perfectiones personales, dignitatem h. e. excellentium quandam esse inter divinas personas asserentem; cum principalior sit existendi modus Patris, qui à nullo est, quàm ceterorum duorum, qui ab eo sumunt originem; Huc pertinet assertio Scholasticorum nonnullorum, dicentium; Spiritum S. principalius procedere à Patre, quàm à Filio, in Patre esse auctoritatem, in Filio subauctoritatem. Quæ falsitas in Spongium abijt per dicta TH. N. III. §. 9. (6) Processionem Spiritus S. à Patre & Filio vel planè non, vel admodum difficulter ex Scriptura probari posse, adeaq; traditionibus hinc opus esse juxta Bellarminum lib. IV. de Verbo DEI, inquentem: Quod Spiritus S. procedat à Patre & Filio, hoc quidem constat ex Symbolo, in quo dicitur: qui à Patre Filioque procedit. Sed in Scriptura aperte non habetur, habemus igitur hoc per traditionem. Quæ falsitas confutatur. TH. N. III. §. 8.*

☞ CALVINIANÆ tradentis (1) non tam instam naturâ DEI notitiam, quàm naturâ comparabilem dari, juxta Wendelinum lib. I. Theolog. Christian. c. 1. Thef. II. cui falsitati obstat Thef. N. I. §. 2. (2) Herculem, Numam, Aristidem, Socratem, Catones, Scipiones, &c. inter Beatos cœlites esse numerandos, juxta Zwinglium in exposit. Fidei ad Regem Gallix, Tom. II. Operum, fol. 155. edit. Tigur. cui dicam dicit Th. N. I. §. 6. (3) Patri ἐξοχὴν & ὑπεροχὴν quandam præ Filio etiam ratione DEI tribuendam esse, juxta Calvinum, I. instit. c. 13. §. 29. ubi inquit: DEI nomen, quamvis commune quoq; sit Filio, tamen καὶ ἐξοχὴν Patri quoque adscribitur, quia fons est & principium Divinitatis. Zanchium part. II. lib. I. de tribus Elohim cap. 2, & 3, magno verborum argumentorum apparatusu

paratu hanc ἐξοχὴν defendere conantem. *Altingium*, part. I. L. C. p. 38. qui ideò Patrem primam personam censet, quia nomen DEI tatis ipsi tribuatur καὶ ἐξοχὴν, Matth. XVI. 16. Joh. I. 2. quæ falsitas spongiam meretur per Thef. N. III. §. 9.

1 SOICNIANÆ fingentis, nullam planè notitiam DEI naturalem dari, nec insitam, nec acquisitam, juxta Socini prælectiones Theol. cap. 2. c. 2. dicentem, quod de DEO homines sciunt, id non habere eos à natura, neq; ex consideratione creaturarum, sed ex auditu sive per famam. Et Ostorodum in Institut. German. cap. I. p. 10. ubi inquit: *Daß die Menschen von Gott oder der Gottheit etwas wissen / das haben sie nicht von Natur / noch auß Betrachtung der Schöpfung / sondern von hören sagen.* Quæ falsitas tollitur per dicta Thef. N. I. §. 1. 2. 3. 4. 5. (2) Nomen DEI potestatem, officium, dignitatem vel qualitatem potius, quàm naturam vel essentiam significare, juxta Smalzum de Div. Verb. Incarn. Natur. fol. 142. de Exam. Cent. error. fol. 5. Crellium de DEO & attributis div. cap. 13. fol. 101. Enjedinum explicatione LL. fol. 160. & 320. Quæ falsitas destruitur per Th. N. II. §. 2. (3) plures posse esse DEOS. essentia diversos ab uno summo DEO, juxta Smalzum refut. libri Error. cap. 7. p. 50. item DEVM verum alium esse summum, alium subordinatum, alium independentem, alium dependentem, Majorem & minorem, Seniores & juniores, & quæ sunt aliæ eorundem distinctiones; Cui falsitati adversatur Thef. N. I. §. 9. (4) Solum DEVM æternum non esse, sed præter eum materie primæ ac temporis dari eternitatem juxta Moscovium refut. appendic. Smigl. fol. 29. seq. Smalzum in refut. Franzii p. 414. Socinum prælect. c. 8. fol. 25. quam falsitatem destruit Th. II. §. 4. (5) in DEI essentia unam tantum Personam esse nempe Patris, Christum non esse DEVM illam supremum, & Spiritum S. non esse Personam divinam, juxta Crellium libris duobus de uno DEO Patre, Ostorodum instit. German. cap. IV. sect. 3. Smalzum centum errorum fol. 8. Socinum in Catechismo suo, c. 10. item juxta Catechismum Racoviensem cap. I. 21. cujus verba hæc sunt: *Quoniam essentia divina tantum unica est numero, ideò nullatenus plures in ea possunt esse Personæ, ibidem quæst. 22. unica illa Persona est unus ille DEVS, Pater Domini Nostri Jesu Christi; & Volkeliu L. V. de V. R. cap. 9. fol. 401. Doctrinam de Trinitate veteratori Satanae (blasphemè) adscribit.* Cui falsitati Th. N. II, repugnat §. 3. 4. 5. (6) Necessa-

cessa-

cessarium non esse ad Fidem & Salutem, ut cognoscamus, unane sit, an plures in DEO persona, juxta Socinum, in Instit. Relig. Christian. p. 10. Slichtingium, Disputat. contra Meisnerum de Trinit. p. 19. & 32. ubi ait: Scire, quod DEVS ille unus sit trinus in personis, absolute necessarium non est. Et Theodos. Schimbergium in præfat. super refutationem Carolini, fol. 11. ubi blasphemô ore evomit: Manifestum est, Trinitatem & Divinitatem Filii non esse articulos fidei veros, quia sunt impossibilia mentis. Ideo in rei veritate sunt blasphema & horrenda ex imo orco per Filium perditionis, virtute Satane Ecclesiis Gentium obtrusa, ut DEVS se vindicaret ab omnibus iis, qui amorem veritatis non habuerunt. Quæ blasphema falsitas in fumum abit per ea, quæ allata sunt sub Th. N. I. §. 10. (7) De Trinitatis mysterio in universo V. T. ne jota quidem unum reperiri, quod vel suspicionem saltem illius apud Judeos ante Christum fuisse ostendat, juxta Johannem Sommerum Lib. I. c. 2. contra Carolinum, Cui contravenit Thes. N. III. §. 4. (8) Patrem Domini nostri Jesu Christi, verum & naturalem ejus Patrem non esse, sed saltem improprie & metaphoricè, respectu scilicet tantùm Naturæ (nullam enim aliam naturam in Christo, quàm humanam agnoscunt,) sive quod in generatione Christi hominis vices Patris suppleverit secundum Crellium, Lib. I. de uno DEO Patre, Sect. 2. c. 31. p. 319. quæ falsitas apparet ex Thesi N. III. §. 6. (9) Spiritum S. non esse Personam divinam seu summum DEVM sed esse virtutem quandam DEI, Patri & Filio communem, & in utroq. existentem, in Patre naturaliter, in Filio verò DEI beneficio & gratia, juxta Socinum contra Wiekum c. 10. p. 499. Quam falsitatem confutat Thes. N. III. §. 8. (10) Processionem Spiritus S. nihil aliud esse, quam missionem juxta Crellium Tract. de Spiritu S. c. 3. p. 132. quæ falsitas obelo quasi configitur per dicta Thes. N. III. §. 8.

III. Παρθευτικόν. Hæc notitia DEI revelata, in qua DEVS nobis πᾶσαν τὴν βελίην omne consilium suum de salute nostra annunciarī voluit, Act. XX. 27. ad debitam gratiarum actionem nos excitare debet, quæ εὐχαριστία non tantum λόγῳ & verbis; sed & ἔργῳ & factis in tota nostra vita, inque hoc ac futuro Seculo est contestanda. Et hanc λογικὴν λατρείαν DEO ex grata mente præstandam in primis commendat cap. XII, Epist. Romano-Paulinæ.

(III.) Παρθευτικόν.

IV. Ἐπα.

(VI.) E-
panortho-
tica.

IV. Ἐπανορθωτικόν. Ne simus in numero κατεχόντων τὴν ἀλη-
θειαν ἐν ἀδικείᾳ, aut ἀπειθόντων τῇ ἀληθείᾳ, quibus θυμὸς καὶ
ὀργὴ καὶ θλίψις, καὶ σενοχωρία parata, Rom. I. 18. II. 8. 9.

(V) Pa-
racletica.

V. Παρακλητικόν. Ad certitudinem consolationis & spei no-
stræ de vita æterna facit, buòd sciamus, *DEVM Patrem*, & no-
strum esse Patrem, nosque ipsius filios ac heredes vitæ æternæ,
Rom. II. 17. quod sciamus, nos per *Filii DEI* incarnationem ac
missionem *Θείας Φύσεως* factos esse κεινωνῶς 2. Petr. I. 4. quodq; sci-
amus *DEVM Spiritum S.* ipsum habitare in cordibus nostris, nosq;
excitaturum fore aliquando à mortuis, nobisq; *υιοθεσίας* testimoni-
um præbere, nostrasq; infirmitates coadjuvare, Rom. II. 11. 16. 26.
Et vel ob solum hoc χρησίμον ᾠδα κλητικόν locus hic de DEO UNO
& TRINO, ex Epistola Romano-Paulina probatus, meretur dici
ὁ πρῶτος ὁ μέγιστος ὁ θεολογίας τόπος quia, O DEVS OPTIME
MAXIME τὸ ἴπισαδά σε ἰλόκληρον δικαιοσύνη, καὶ εἶδεναι τὸ
κερὰτ σου ρίζα ἀθανασίας, scire, te, perfecta est justitia, ἔσσε posse ro-
bur Tuum, est radix immortalitatis, juxta Salomonis Ἰπυγείας sapi-
entiam c. XV. 3. Imò quia αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκω-
σί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν, hec
est æterna vita, ut cognoscant Te solum verum *DEVM*, ἔσσε quem mi-
sisti, *JESVM CHRISTVM*, juxta Salomonis ἐπυρονίης sententiam
Joh. XVII. 3. In qua gemina Salomonæa gnome finio Deo que
CREATORI, REDEMPTORI ac SANCTIFICATORI MEO
pro revelatione verbi sui gratias ago humillimas, quam mihi no-
bisq; omnibus cedere velit in odorem vitæ, per *DOMINVM*
NOSTRVM JESVM CHRISTVM,
AMEN!

B. L. legat

P. 8. l. 1. mutum pro multum.

p. 11. l. 17. condito pro cognito.

p. 12. l. 18. sonitum pro sonitu.

p. 31. l. 35. Rom. III. pro Rom.

p. 55. l. 13. recedere pro reddere.

p. ead. l. 23. ex auditu pro auditus.



Coll. diss. A. 215, misc. 10